

HARMONIA SE V CONSENSVS

PHILOSOPHORVM

Chemicorum, maximo cum
labore & diligentia in ordinem
digestus, & a nemine alio hac
methodo distributus:

Auctore DAVIDE LAGNEO,
Consiliario & Medico Regis
Christianissimi.

Cum Indice rerum & verborum
copiosissimo.

R



PARISIIS,
Apud CLAVDIVM MORELLVM,
via Iacobæa, ad insigne Fontis.

M. D C. XI.
Cum Priuilegio Regis..

In Σ 's Φιλοσοφος ισθεος.

Hippocrates.

Non satis est doctum esse, nisi
quis hac ipsa in re, de qua questio
est, doctus sit.





NOBILISSIMO,
CLARISSIMO AC
AMPLISSIMA DIGNITATE
conspicuo viro , Domino
HERO ALDO , Valgrinose
domino, Christianissimi Galliæ
& Nauarræ Regis Consiliario,
& Archiatro dignissimo su
oegnit.

O GITANTI mihi
se penumero attentius-
que animo ac memoria
revoluenti, Vir amplis-
sime, quo tandem sensu Fernelius
lib. 2. de Abditis rerum causis
ā ij

EPISTOLA

cap. 18. Auri semen erit posse
asserat, eiusque eruendi viam ac
methodum ibidem edoceat (cum
plantas quidem, frutices, & ar-
bores, neq; non uniuersum anima-
lium genus fecunda ac semine
turgida passim videre sit: quo au-
tem in loco, vel quibus recessibus
proliferu illud. Mineralium semen
delitescat, ne Lyncei quidem vel
oculatissimi oculis perfici quoquo
modo queat) succurrere illico non
unus modo aut alter in eam sen-
tentiam Arnaldi, Eullij ve locus,
sed variae & infinitae plurimorum
aliorum gravissimorum Philoso-
phorum illud ipsum uno ore affir-
mantum assertiones: ita tamen
primitus inter se discrepantes ac

DEDICATORIA.

dissidentes, ut quod ab hoc dictum,
ab illo negatum, quod hic constru-
etum, isthic destruictum videretur.
Conquisitos igitur ac undique
corrasos, quotquot hac de re scri-
pserant, tam editos quam manu-
scriptos, blattis & tineis etiamnum
excessos, veteres, inquam, & neote-
ricos auctores qua potui diligentia
& assiduitate perfectos nocturna
diurnaque manu per viginti duos
annos, versavi, notaui, annotavi,
annotata exscripsi, exscripta in or-
dinē a nullo hactenus obseruatum
digessi, idque eo animo, ut mihi
istud Compendium in tam vago
illo tot discrepantium, ut quidem
videtur, opinionum pelago, instar
Cynosure foret, quo post exantlatos

EPISTOLA

multos ac infinitos labores, ad optatum veræ scientiæ portum tuto cito & iucunde peruenire valerem. Hanc sane Harmoniam mihi soli incisque Musis adaptatam & concinnatam in vulgus edi non erat animus. Euicere tamē extorsereq; vel inuito frequentes, hortatus dicam an sollicitæ efflagitationes amicorum, quibus deesse hortantibus in honestum, & non obsequi roganibus impium. Ancipitem adhuc harentemque perpulit commisratio eorum, qui cum hac studia tractare haud nouerint, nec genuinum Philosophorum sensum rite & methodice rimari didicerint, varijs erroribus circumacti, tandem in ignoratiæ salebris, tanquam

DEDICATORIA.

ad Sireneos scopulos consenserescere coguntur. Si enim, ut inquit summus ille eloquentiae parens, e portu solentibus qui iam in portum ex alto inueniuntur præcipere summo studio solent, e tempestatum rationem, e predonum e locorum: (quod natura affert, ut eis fauimus, qui eadem pericula quibus nos perfunditi sumus, ingrediantur) quo tandem animo nos esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntes, in eos quibus videmus maximas tempestates esse subeundas? Ut igitur insuisis curiosis suæ illius aëripias, & rorositas cursum illico sisterem, sua dilapidandi ansam præripere, inserviarumque formulariu*m* (receptas

EPISTOLA

Vulgo dicunt) myriada ex ipsorum
manibus euellerem & excuterem;
hanc Harmoniam seu communem
omnium vere philosophantium
concentum ac consensum in lucem
emittebam opere pretium duxi.
quam quidem sub amplissimi tui
nominis auspicijs, Vir clarissime,
idcirco exire volui; Primo quod
tua domus non modo sit oraculum
totius nostrae ciuitatis, ubi ex sua-
rum verum incertis certos compro-
tesque consilii dimicetis, sed etiam
magisteriosas aquiles mandabat, is
aperte operarios Vere existat, adeo ut
solus dignus sis habitus, cuius ceu
alterius Chironis curae, vigilante,
industriae ac singulari probitati
noster Achilles fuerit commissus

DEDICATORIA.

ac commendatus. Deinde ut infi-
nitorum a te in me collatorum be-
neficiorum memoriam sempiternam
hoc pacto testari valcam. Demum
ut ab ijs qui dente Theonino hac
arrodere contenderent, sartus te-
tusque sub alis ruis tanquam in
asylo manere queam. Exiguum
sane munus & leuidense: nō tamen,
si animum dantis remque ipsam
species, prorsus aspernandum. Cœ-
nosa turbidaque aqua & gregario
etiam milite oblata Cyrus ille Per-
sarum rex professus est se nihil un-
quam bibisse suamus & Augustus
oblatos a rustico calamos non re-
nuit, & marcidum etiamnum ra-
phanum a rustico accepit Ludovi-
cus XI. byssoque pretioso obno-

EPIST. DEDICAT.

Iustum suis oīcīpiōrē afferuandum
dedit. Nostram igitur Harmoniam
pro fausto hunc noui anni omine
oblatam & quo gratoque animo ac-
cipe, & me tui studiosissimum
semper amare perge. Lutetiae, e
Muſeo noſtro. Kalend. Ian. anni
reparatæ ſalutis. M. DC. XI.

Tibi tuisque obſequentiſſimus.
DAVID LAGNEAU.



C A N D I D O

A X M D C L E C T O R I S.

Ex abstrusioribus
Naturæ secretis,
Philosophorūque
penetalibus Har-
monia hæc in lucem pro-
grēditur, benevolè Lector,
tum ut à densis ignorantiae
tenebris clarius (ut sibi ima-
ginantur) hæc in arte viden-
tes extrahat, tum, ut locis
in falebris, nō etiam pla-

P R A E F A T I O

nis claudicantes a lapsu ven-
dicet : prioribus Ariadnes
filum , posterioribus sensis
fūlcrum suppeditans. Hoc
modo quæ vestra sunt vo-
bis seruabitis , cucurbitas ,
aludelia , matratia , & cætera
id genus instrumenta vitra-
rijs , furnellos figulis aman-
dabitis . Hæc , inquam , est
Harmonia , quæ omnes eos
ignorantiae arguet , quicum-
que veteres illos præfæ æta-
tis Philosophos nullum yn-
quam inter se consensum
habuisse mussitant . Hæc
eadem est Harmonia , quæ
exactis assiduo labore sedu-
läque vigilancia duobus an-

AD ELECTOREM.

mis supra viginti ; tandem
victrix emergit , oculis ta-
etuque propediem exhibi-
tura , quod vos tam anxiæ
ac tanta cum difficultate an-
quititis . Denique hic est
Philosophorum omnium
concentus consensusque , a
multis quidem suscepimus ;
sed a nullo perfectus & ab-
solutus : qui absque villa pe-
culiarum profusione , absq;
præceptionibus seu recepta-
rum formulis , exiguo la-
bore patrisque expensis vo-
bis alio offert , quod nec
Cicero , diuinae quantitatis
immense , nec optimus Agyr-
tarum vulgares receptæ .

P RÆFAT I O.

laboresve plusquam Herculei vix ac ne vix quidem assequi vñquam potuerunt. Inibi deteguntur & denudantur difficultates, ignota nota redduntur : quin & ingenij mei sinceritas, ac animi mei candor vobis etiam sponte largaque manu, quod non sine magno labore, multisque vigilijs conqueri, offert, dat, dicatque. Omissis itaque vanis vñrum hominum promissis, extractionibus omnibus, calcinationibus, solutionibus, resolutionibus, dissoluentibus neutiquam philosophicis, sed corrosiuis &

AD LECTOREM.

huic præstanti materiæ penitus contrarijs ~~is nō egenas~~ valere iussis, eam dēnum materiam sese offerentem ambabus vlnis amplectimini, quæ lugubri veste induta, odore etiam fœtidā, tactu mollis & homogenea, a multis incognita, ab omnibus perquisita & a paucis detecta, aliquantulum aquæ suæ, suæ, inquam, vt sitim expleat, aude expetit; non sua quidem de causa, sed vt satiata, & viribus resumptis refocillata, vobis vestrisque subueniat. Scriptura sacra est quæ scripturam sacram, Philosophia Philo-

PRÆFATI^O

sophiam, Medicina Medicinam, lex legem, & Chemia. Chemiam interpretatur & enodat. Non aliud quidem ab auctoribus hoc in opere alienum expectate. Ipsissima siquidem sunt illorum verba: nihil profus de meo addidi. solas labor indisquirendo, vigilæ in compilando, & studium in dicensendo disponendoque maxime sunt. Hæc quidem in utilitatem, facilioremque usum collegeram; eorum examen qui sublimata eiusmodi materiam quaerunt eomiseratione permotus, quandoquidem, *Dextrum Seyllalatus,*

AD LECTORI M.

*latus, laeum tenet alra Charybdis,
ne per awia abrepti præ-
cipites ruerent, in lucem lu-
bens edidi. Antiquorum
multa recta & obscura rese-
ravisse, si occasione fauissent
& tempus & commoditas.
Hoc itaque meo frui labore
vobis liceat. Sed priusquam
vos operi accingatis (si fert
ita corde voluntas) nouies,
deciesque, immo pluries
super hac re vos non tan-
tum cogitare, sed exacte
ratioinari velim. Nam sit
ita sane, quod minimi sint
sumptus, quodque paulu-
rum pulueris, (cui multa
aduntur nomina) modi-*

ē

P R A E F A T I O N

cum aquæ ad illius alimoniam , exiguum vas continens , minor furnellus eundem recludens , & , ut ipsius calor foueatur , ignis insubilis exigitur ; nihilominus , quoniam longiori opus est tempore , saltem duorum annorum spatio , nimia actiuitas ac promptitudo finem versus , rerum omnium iacturam vobis inferre posset . Cuius rei obex erit prudens solidaque animaduersio , & Harmonia et huius introductio , quæ unicam ad hanc rem viam regimenteriamque wham esse docet . Notis itaque nominibus ,

A D L E C T O R E M.

binis corporibus , & dis-
soluente ex illis sulphur ex-
trahente , perspectaque il-
lius nutritione , dealbatio-
ne , citrinatione , rubifica-
tione , fixatione & cera-
tione ; libere vel minimo
labore praxim aggredi nul-
lus vestrum timeat : & hac
ratione illorum imperitiam
& impudentiam aduertetis,
qui nihil certi aut veri apud
Philosophos Chemicos re-
periri satis proterue dixerūt,
ut ille carboniperda sua in
Apologia , quam mirum
in modum commendat , &
quæ potius accusatio dici.

ij.

P RÆF. AD L E C T.
meretur. Vale ex museo
nostro Parisiensi , Cal.
Jan. 1611.

*Nobilissimo & Prastantissimo
viro D. D.*

IOANNI HEROVARDO.

*D. de VAVLGRIGNEVSE,
Regis Consiliario & Ar-
chiatro dignissimo.*

IOAN. HEROVARDVS.

ANAGRAMMATISMI.

Vade virēns hōnōras. Ardua tēs honos, venia.
Æui es honor dūrāns. Honori vera suadēns.
Vena es hōnōris dūta. A Iēsu dūrāns hōnore.
E venā hōnōris dūras. Sanus in heroës & dura.
Ah dōno virens vērnās. Diues honorans vera.
Honos virēns ad vēra. Via ruens ad honores.
Aduernās vis honore. Heroës nardo iuuans.
Viue hēsos adornans. Sidera nouans vehor.
Diua seruans honore.

Omnia laetissimib[us]. Phabœa culmina lastrans;
Lastrans Phabœa mente atroxque chorat:
Arte Machaonis nit te sublimius esse,
Paenit video seque piaesse chorat.
Quid mirum, reliquæ tibi si frastitia montes
Suspiciunt, sibi si, qua fibi ebura ferunt?
Si sua, sequib[us] cibæ tradunt, qui stare, valere,
Praefato credunt seque tigere tuo?
Ultimus accurras? Superè prohibeto, volub[us],
Et collis montes infinitu usque sequar.

*LAGNEVS ipse suam, qua multis clausa reclusit.
Harmoniam secum dedicat ecce tibi.
Addunt currenti calcar, pennasque volanti
Nam tua transpositus nomina litterulis.
Hec mihi dant veris diuina oracula verbis
Delphica templa mihi, suntque Sibylla mihi;
Autea dicta canunt, ad veri culmen honoris
Quae via sit, viuax unde paretur honos.
Quam sis excisius, qui Gallica sidera serues,
Quosque soli, caeli vult Deus, esse deos.
Tam multis non Hybla rosis, tot floribus Enna,
Tot rutilant puro sidera clara polo:
Quot decora altaru referunt tua nomina laudum,
Paucia ex innumeris has tibi, teque fero.
Vade virens, alio; nam diues honoris honoras
Ardua res fer, honos ardua vincere, veni.
Eui es honor durans & honori vera suadens,
Suadet vernus honor perpetuoque virens.
Vena es honoris amica, per aurea secula dura.
A Iesu durans semper honore tui.
E vena duras, sed honoris, laude perenni
Florens, virtutis quam tibi palma dedit.
Sanus in heroë dura, qui sceptra gubernat
Gallica, dic Regi secula multa tuo.
Ah dono vites vernali tibi dides honorare
Vera, ad vera virens manere Regi honos.
Mirifice claros ad honorēs munere diuini
Directa que ruens, legitimaque via.
Ad vis acimi, via vernas flora honore
Heroës nardo nobiliore iuuans.
Inclite vine heros, Musas constanter adorans,
Dic, Vehor nostrum sidera ab arte nodant.
Sidera quæ nostra radiant nisidissima cœla,
Sidera, Francorum que diadema gerunt.*

*Diua diu seruans per que seruamur honore,
Quo nemo Paen maior in orbe viger.*

*Tibi ad omnia paratissimus,
V R B A N V S.*

*Ad Clarissimum Doctissimumque
virum D. LAGNEVM, in
Harmoniam ipsum.*

DAVID LAGNEVS.

ANAGRAMMATISMI.

Vade laus digni. Vas laude digni.
Diu digna salue. Vis laude digna.
Valde digna vis.

*V*is nocte multa res latentes promere,
Arcana mundi vis palam proponere,
*U*n clausa multis plurimi recludere,
*U*n mira mundi diuitia miracula,
Simulque summi vindicis potentiam
Probare miram, qui supremus infimus
Tantam Creator vim creatis indidit,
Ut arrogantem homunculi vesaniam
Pemat, negantis posse regem Olympicum
Fecisse quicquid numini suo placet.
*U*n orbe nostro Tellus ut sit aureum,
Micansque mali fulgor adsit aurei.
*U*n Gryphas acer Celsius a montibus

ē iij

Fugasse, gryphus explicans enigmatum,
Sociensque nodos artiores Gordij.
Vis indicare quanta vis sit ingenii,
Et quantitas acumen, tandem vis potior
Prodeesse cunctis, ac obesse memini.
Vis, ut libelli cuius auctor esse vis,
Sit ipse fautor, arte qui viget sua,
Fideque seruat Cettita sceptrum plage.
Vir clare vine DAVID à LAIGNEE
Vas laude digni, Harmonia, vade digna laus
Digni, per ora vine praeclentium
Volitans virum. Diuq. digna falue. nam
Vis laude digna, quando valde digna vis.

Tantum fuis quantum meus,
E V E T V S.



CATALOGVS
AVCTORVM IN HAC
Harmonia citatorum.

A.

Egidius de Vadis.
Alanus Philosophus.

Albertus magnus.

Alphidius.

Andreas Laurentius.

Andreas Libanius.

Aristeas.

Aristoteles.

Arnaldus de Villa-nona.

Augurellus, vide Ioannes.

Anicenna.

Aureola.

Aurora consurgens, seu Aurora borealis.

B.

Bellaripa.

Benedictus.

Bernardus de Grana, seu de Ganna.

*Bernardus Tremirensis, seu Tremi-
fana Marchia Comes.*

C,

Calid, filius Iazichi.

Clangor buccina.

*Correctio fatuorum, seu Corre-
tum Ricardi Anglici.*

D.

Daftinus, vide Ioannes.

Dauid.

Daustricus.

*Desiderabile, seu Rosarium Philo-
sophorum compilatum a Toleano
philosopho, incipiens Desidera-
bile desiderium, &c.*

Dionysius Zacharius.

Dominus vobiscum.

Doricius, vide Gerardus.

E.

Efferarius Monachus.

Eualerandus, seu Valerandus.

*Eunaldus, seu Enoaldus Vogelius
Belga.*

*Exemplū scientie Incertus auctor,
sic incipiens.*

Exercitatio in Turbam.

F.

Fernolius, vide Ioannes.

Flamellus, vide Nicolaus.

Flos florum Arnaldi.

G.

Garlandius, vide Ioannes.

Giber Arabs.

Gerardus de Vinarijs.

Gerardus Doricenus.

Georgius Ripleyus Anglus.

Georgius Venetus.

Greuerius, vide Iadocia.

H.

Haly.

Hermes Trismegistus.

I.

Iacobus de Sancto Saturnino.

Incerti auctores plurimi.

Ioannes Aurelius Augurellus.

Ioannes Dastinus.

Ioannes de Rupeſcissa.

Ioannes Duns Scotus.

Ioannes Fernelius.

Ioannes Franciscus Pictus Mirandulanus, Concordia Comes.

Ioannes Garlandus Anglus.

Ioannes Isaacus Hollandus.

Ioannes Pentanus.

Iodocus Greherus, sen Greherius Presbyter.

Isaacus Hollandus, vide Ioannes.

L.

Laurentius Ventura Venetus.

Libanius, vide Andreas.

Lilium.

Liber duorum verborum.

Liber trium verborum.

Ludus puerorū, seu Opus mulierum.

Lullius, vide Raymundus.

Lumen nouum Chymicum.

M.

Manuscripti varij.

Margarita nouella.

Michaël Scotus.

Mirandulanus, vide Ioannes.

Monachus, vide Efferarius.

Mericius Romanus, Eremita Hierosolymitanus.

Mulieres Graecie.

N.

Nicolaus Flamellus.

O.

Odomarus.

*Omnium recte, Incertus auctor, sic
incipiens.*

Opus mulierū, seu Latus puerorum.

P.

Petrus Valentia.

Picus Miradulanus, vide *Ioannes.*

Phœnix.

Pontanus, vide *Ioannes.*

R.

Rachaidib.

Raymundus Lullus vel Lullius.

Rhasis.

Richardus Anglicus.

Ripleyus, vide *Georgius.*

Robertus Vallensis.

Rogerius Bache, seu Baconitanus.

Rosarium Philosophorum.

Rosarium abbreviatum.

Rosarius minor.

Rosinus.

S.

Saturninus.

Spala Philosophorum.

Scotus.

Secretum secretorum.

Semita semita Arnaldi.

T.

Tauladan.

Tersin.

Theobaldus de Hoghestande Münsterbergensis.

Thomas Aquinas.

Turba Philosophorum.

V.

Valerandus, seu Eudelardus.

Valescus de Tarantia.

Valensis, vide Robertus.

Vincentius Belluacensis.

Vogelius, vide Ewaldus.

Zacharias, vide Zoro.

Zacharias, vide Dionysius.

Zeno, vide Zenon.

Necessitatis est ad opiniones fortiter
inhärentes multa argumenta adducere , si quis velit auditorem a priori
sententia abducere, ac conuertere ut
tuis verbis fidem habeat. Hæc enim ne
produxissem quidem ad sermonis mei
confirmationem , nisi multi adeo ho-
mines essent, qui meæ opinioni adver-
sarentur. Hippocrates lib. 4. de mor-
bis, sect. 15.

Omnis res que magno emitur pre-
tio, mendax est. Morienç in Aurora
Conf. pag. 217.

Expensæ nostræ Artis non excedunt
pretium duorum aureorum in prima
sui emptione. Anonymus apud Theob.

Id firmiter teneat, quod omnium
capitularum huius pretiosissimæ artis,
non excedit pretium ipsarum medici-
narum expensione quinquaginta at-
genteos, ex prima operatione compu-
tando. Arnaldus, Rosarij lib. 2. cap. 7.

Quicquid excedit valorem unius
vincie auri, non est de intentione ma-
ioris ordinis. Propositiones Artis
Chemicae, Propos. 12.



DAVIDIS LAGNEL
DE MEDICI HARMONIA
seu Consensus Philosophorum
Chemicorum, magno
cum studio & labore in or-
dinem digestus, & à ne-
mine alio hac methodo
distributus.

De Materiis physica nominibus.

CAPUT I.

SPIENTES Lapi-
multa nomina indidere.
re. Postquam materiam
Lapidis reclusissent ac
spiritualem effecissent, dixerunt
I facio
Holl.

A

2 *Dauidis Lagnei*
materiam esse rem vilem. Cumque
ipsam sublimasset, serpentem vo-
carunt, ac bestiam venenatam.
Cumque eamdem calcinasset,
dixerit esse sal, & huiusmodi.
Cum soluissent, vocarunt aquam,
ac in omnibus locis reperiri dixerit.
Cumque ad oleum perduxissent
materiam, rem viscosam dixerit ac
passim venalem. Cum vero con-
gelasset, terram nudicupauerunt,
ac eam tam pauperes quam duxerit
habere dixerit. Cumque ei albe-
dinem exuissent, lac virginem
ac album quid dixerit. Ac cum ru-
bedinem eius sursum sublimas-
sent, ignem dixerit ac rubrum quid.
Atque hoc pacto prout materia
Lapidis conuersa erat in peculia-
rem naturam, nomen illi indi-
dere, donec ad finem perductus
esset. Ioan. Isaacus Hollandus,

lib. Operum mineralium i. cap.

126.

Postquam materiæ amalgamatae sunt, hoc amalgama, ut celatur indignis, solet vocari à Philosophis *as nostrum*, *aerum nostrum*, *terra magnesia*, *totum compositum*, Iodocus Gœuerius, p. 24.

Scito, fili mi, semen nostrum esse veram *Salamandram*, quæ igne concipitur, igne nutritur, igne quoque perficitur. Idem, pag. 36.

Nigredo ista millia nominum fortitur, nuncupatur enim *ignis*, *anima*, *nubes*, *caput corni*: & nigredo hæc animam corpori coniungit. Alanus, pag. 56.

Lapis Philosophorum unus est, sed multipliciter nominatur. Est *Pontanus*, *etiam aqueus*, *aereus*, *igneus*, *terreus*, *phlegmaticus*, *cholericus*, me-

A ij

4 Davidis Lagnei
Lapcolichns: est sulphureus & est si-
militer argentum viuum: & habet
multas superfuitates , quæ per
Deum viuum conuertantur in
veram essentiam mediante igne
nostro. Et qui aliquid à subiecto
separat, p̄tans id necessariū esse,
is profecto in Philosophia nihil
nouit: quia superfluum, immun-
dum, turpe, fæculentum, & tota
denique substantia subiecti perfic-
etur in corpus spirituale fixum,
mediante igne nostro. Et hoc sa-
cientes numquām retinuerunt.
propterera paucū ad artem perue-
nerunt, purantes aliquid tale su-
perfluum & immundum. Pon-
tanus , pag. 74.

Garlan-
dii. Lapis noster votatur etiam nigra-
num frumenti , q̄thod nisi mortuum
fuerit, ipsum solum manet. Gar-
landius , cap. 13.

Ista compositio ex tribus, vocatur *Lapis benedictus*, mineralis, ^{Arnal-} *dus.*
animalis, *vegetabilis*, ed quod non
habet nomen proprium. *Miner-*
alis, quia componitur ex mine-
ralibus. *Vegetabilis*, quia viviscit
& crescit. *Animalis*, ed quod ani-
mam habet, spiritum & corpus
sicut animalia. Alio nomine di-
citur *nigrum fastens*: quia habet
ventrem nigrum. Dicitur etiam
chaos vel origo mundi, vel *massa con-*
fusa: nos autem eam *terram* voca-
mus. Et aqua nostra nominatur
nomine *omnium foliorum*, ar-
borum & vici ditatum, ut stultos
decipient. Dicitur etiam *aguabe-*
redita, *temperantia sapientum*, ac-
tuus aerriorum, *corpus quod soluitur*,
gumma Philosophorum, *vito carum*,
corpus diuersum & *opachum*, *molle* &
clarum, *concretae aquae*, *argutus operis*.

A iij

Et nota, quod pater & mater Lapidis Sol & Luna vocantur in compositione Elixir, quæ postea in operatione Lapidis terra vel nutrix appellantur. Arnaldus Villanovanus in Hortulanū, pag. 25. & 35.

Ripleyus.

Materia nostra, qua egeremus ad opus, & in quam resoluenda sunt Sol & Luna, nō est hyle nec chaos, sed *materia prima propinquā*, quæ in animalibus *sperma*, in vegetabilibus *semina* dicuntur, in mineralibus *sulphur*, & *argentū viuum*; *Philosophorum supple*. Georgius Ripleyus cap. 3. pag. 6. cura Penoti.

Lapis noster habet nomina propemodum infinita. nam ab unaquaque re quæ nigra est, denominatur. Cum lucidus fit, tunc habet nomina iucunditatis, secundum res albas, similiter & rubcas; & tandem est ynarcis. Idem, p. 74.

Æs dum primo coquitur, fit
aqua, & quanto magis coquitur,
magis inspissatur, quo usque lapis
fit omni metallo supereminens:
vnde nomen *Lapidis Philosophorum*. Si aquam dixeris, verū dicis:
si aquam neges, non falso negas.
Ne ergo pluralitate nominum
decipiarijs. Idem, pag. 139.

Cum prudenter coquuntur,
sunt vnum, & nominantur plu-
rimorum nominū. Cum rubrum
sit, auri flos, auri fermentum, colla
auri, sulphur rubrū & auripigmen-
tum: dum autem crudum perma-
net, plumbum aris, virga metalli &
lamina dicitur. Æs vocant num-
mum: nigredo autem *Philosophorum*
plumbum vocauerunt. Idem,
pag. 142.

Sol siue aurum per excellen-
tiam quandam corpus metallicum
A iiii

3. *Danidis Lagni*

vocatur: quis reliqua omnia pie-
zalla noadum perfectione illam
adepta sunt, ad quam camen per-
maturā poruenire possunt. Evval-
dus Vogelius cap. i. pag. 7.

Oleum nihil aliud est quam li-
quiditas omnium magnetorum na-
tans super membrum per dissolu-
tionem ipsorum, & congregatus
super suā aquā, ita quod si ipsum
aque nostra misceris, natabit
superius, & congelabitur ad mo-
dum tenuissimæ pelliculae diue-
lorum colorū. Dicitur cuius aqua
fermentum. Idem, pag. 8, 9, 10, 11.

Altum, tinctura, aqua, animalia
Philoſophorum upozitum, quo corpus
perficitur magnetum, sulphur, hu-
man, alumen, gummæ, sanguis, fer-
mentum, terra nostra, aer, &c.
Tinctura aqua colores: & cingit
scutum suundam. & puram ab

omnibus sordibus. *Oleum*, quia post tincturā ipsa remaneat super corpus, sicut oleū super pannum. *Anima*, quia sicut per animam animalia & vegetabilia omnia vivunt, exēscunt, vegetantur, multiplicanturque: ita Lapis physicus cum post ortum ipsius anima illi affundatur, fulgore metallico illustratur, condetur, nutritur, crescit. *Fermentum*, quia sicut fermentum rotam pastam ad sui naturam conuertit: ita hoc oleum rotum lapidem vertit in suam naturam. *Auxum*, non vulgi: quia videlicet non amphius corpus solidum est, ut prius, sed attenuatum & spirituale factum: quod & de argento intelligendum. *Rugentum*, quia sicut ruguediass omnes & ruguentia emolliri & levigari seddunt ea quibus adhibe-

tur : similiter oleum hoc partes duras Lapidis emollit , asperas lenit , & fluere facit . *Sulphur* , quia agit in materiam instar sulphuris coagulando & figendo . *Lumen* , respectu animæ , quæ corpus mortuum illuminat . *Alumen* , similitudine desumpta à tinctoribus , qui plerumque addunt alumen in pannis suis tingendis . Idem , eodem cap . pag . 33 .

Materia simplex corpus est solutum , ad differentiani corporis solidi & duri . Elementa Chemistarum dicuntur composita , quia non querunt simplicia , ex quibus nulla fieret generatio , sed elementa composita , quorum singula reliqua etiā tria annexa & adiuncta habeant , prædominante tamen uno præteliquis tribus . Ita aquans vocant , in qua aquæ vincunt quæ-

litates, frigidum videlicet & humidum. Idem, cap. 2. pag. 71.

Terram foliarum vocant Philosophi sulphur perfectè mundatum & purificatum & dealbatum. Idem Vogelius cap. 4. pag. 151. Manuscriptus etiam pag. 80. 46.

Aqua nostra vocatur aqua vite, aqua serena, aqua perpetua, & multis alijs nominibus. Aqua ergo vite vocatur, quia dat vitam corporibus mortuis, & illuminat rem sordidam. Aqua perpetua vocatur, quia perpetuat corpora que tangit, & dicit ad perfectionem Adrop. Arnaldus in Speculo Alchimiae, pag. 11. & 27.

Dum opus est crudum, vocatur *argentum viuum nostrum aqua permanens, plumbum, sputum Luna & stannum. Cum est coctum, disitus argentum, magnesia, sulphur album,* ^{Desiderabile.}

Cum fuerit rubrum, dicitur *aureo-pigmetum, corallus, aurum, fermentum, lapis, aqua lucida cœlestis coloris.* *Vbiq;* inuenitur, propter elementorum participationem; omnibus nominibus nominatur, propter suæ naturæ absconditionem; *Velissimus,* per purefactionem, & per virtutem *carissimus.* De nominibus non curant Philosophi, sed tantum per nomina respondunt intelligere. Desiderabile,

pag. 12.

Dum Lapis est absolute dealbus, dicitur *sulphur non vrens,* quo sit argentum. Et quia in albedine est rubedo, coque albedinem donec rubedo exeat. Idem, p. 26. 40.

Dicitur Lapis noster *naturalis,* quia naturaliter inuenitur, & habet quatuor qualitates elementares. Est *frigidus & humidus pro-*

pter Lunam & Mercurium: & propter Solem est calidus & siccus. Dicitur *animalis*, quia rubeus instar sanguinis, non quod fiat ex sanguine. *Herbalis*, quia habet animam vitalem seu multiplicabilem. & dicitur *serum rubicundus*. Idem, pag. 36.

Ratione diuersorum graduum diversis nominibus vocatur Mercurius. Nam dum est frigidus & humidus, *anima* vocatur: dum est seccus, *spiritus*: dum magis decoctus & fixus, *corpus*: fixatur & non fixatur nisi per magnam decoctionem. Philosophi vocant Solem fratrem Mercurij, & Lunam eius sororem. Idem, pag. 50.

Mater mea, inquit Lapis pty-
sticus, est argenteum vitium: iuxta-
illud, Portavit eum ventus in ventre
suo. id est, argentum vitium aëro-

sum, quod etiam dicitur acetum fortissimum, aqua fortis, venenum tingens, lac virginis, fons vita, ignis comburens. Idem pag. 66.

Argentum viuum dicitur pater in generatione metallorum, vera vitis, Leo, Phœnix, Pelicanus, Tantalus, Dædalus, serpens, fons, puteus, estium, argentum viuum Philosphorum, coagulum, lac, fermentum, seruus fugitivus, & alijs pluribus nominibus. Idem, p. 71.

Lapis dicitur *Saturnus*; quia sicut *Saturnus* est altior Planetarum, ita aliorum lapidum Lapis noster est pretiosior & altior. Idem, pag. 89.

Quatuor sunt colores in aqua principales, niger, sicut carbō; citrinus, sicut pes quis dicti Emyrillon: rubens, sicut rubinus: album, sicut flos lilij. Citrinus vo-

Harmonia Chymica. 15
catur aqua, nigredo aër, albedo
terra, rubedo ignis. Idem,
pag. 100.

In Lapide argentum viuum est
materia, & sulphur est forma.
Idem, pag. 103.

Compositum Philosophi ap-
pellatunt terram albam, quando
est album; & terram rubram,
quando est rubrum. Idem, pag.
144.

Terram Philosophi vocarunt ^{Bernar-}
corpus & *ossa eius*: quia ipsa est Thomam
restringens *compositum*, & pro-
hibens fluida elementa à sua flu-
xibilitate cruda, habens secum
ignem symbolicè in siccitate.
Aquam autem & *aërem* *Spiritum*
dixerunt, quia ipsa sunt hume-
rantia elemagna, & terram dis-
soluentia. *Aërem* autem & *ignem*
Animam vocauerunt, quia ipsa

fuit maturantia , digerentia & perficientia totum compositum.
 Nota , quod qui dicit *animam* ,
 non dicit nisi metaphoricè : nec
spiritus ut vegetatio , nec *corpus* ut
 forma formabilis , prout in ho-
 mine & cæteris sensatiis repe-
 titur. Bernard. Treuir. ad Thom.
 Bon. pag. 166. 167.

Mans- Accipe aëris nitidi , ignis co-
scripsi. lorati & aquæ radiantis , misere.
Fimus noster est argentum vi-
 turum. Sic vocatur , quia sua hu-
 miditas naturalis ratione sua
 pinguedinis diutius in perfe-
 ctione à calore proprio con-
 seruatur. At Philosophi multæ
nomina Materiarum dedere propter
 diuersos gradus coctionis. Nam
 Mercurius dum est frigidus &
 humidus vocatur *anima* quando
 per coctionem sua humiditas
 consumpta

consumpta est, & quod Mercu-
rius est siccus, vocatur *spiritus*: &
vicerius quando per maiorem
decoctionem est fixus, vocatur
corpus. Sic tribus diuersis nomini-
bus una res vocatur. Vetus ma-
nusc. codex.

Solutio corporum duplex est, *Correclio*
in *Mercurium per Mercurium, fatuorū.*
& in *aquam mercuriadēm*: Prima
est ad particularia; secunda ad
universalia: Prima nihil aliud est
quam *resolutione*: secunda per *putre-*
factionem corporis: & *spiritus in*
humido. *Putrefactio autem est so-*
latio omnium naturarum adin-
vicem ligatarum, & *separatio*.
Correclio fatuorum, pag. 15.

Latonē est corpus compositum Clangor.
ex Sole & Luna, aut ex cūl Mer-
curio. *Clangor, pag. 47.*

Sulphur est corpus imperfectū

B

cum quo coniungitur fermentum,
ut generet sibi simile & fiat Eli-
xir. *Fermentum* dicitur corpus.
Idem, pag. 51.

Mercurius vulgi dicitur *spiri-
tus*: Mercurius corporis dicitur
anima. Et spiritus non coniun-
gitur corpori nisi mediante ani-
ma: & è conuerso, anima non
coniungitur corpori, nisi me-
diante spiritu. Idem pag 52.

In regimine primo cum La-
pis est *niger*, vocatur *terra* & *Sa-
turnus*; & nominibus omnium
nigrorum & terrestrium corpo-
rum. Deinde cum dealbatur, dici-
tur *aqua viua*, & nominibus om-
nium aquarum & salium, alumini-
um & retum habent formam albedi-
nem. Postquam autem incitrizas-
tur & sublimatur & subtilizatur, tunc
vocatur *ær*, *oleum citrinum*, &

nominibus omnium spirituahū
& volatilium. Deinde cum rubeſ-
cit, vocatur cœlum, sulphur rubeum,
aurum, carbunculus, & nominibus
omnium rubrorum pteriosorum
palchritudinem habentium, tam
in lapidibus, quam in animalibus
& plantis. Idem, pag. 108.

Magnesia est tota illa mixtio *Ludus*,
de qua extrahitur nostra humili- *pueras*,
tas, quæ argentum viuum voca-
tur. *Ludus puer.* pag. 136. 137.

Non cures multum de verbis *Aquinas*,
Philosophorum modernorum
& antiquorum in hac scientia
loquentium: quoniam in capa-
citate intellectus, & in demon-
stratione experientiali tota ars
Alchemica sedem sibi constituit.
Philosophi vero celare volentes
scientiae veritatem, quasi omnia
figratiue loquuti sunt: Thomas
Bijj

Aquinas ad Fratrem Reinaldum,
cap. i.

*Flamel-
lus.*

Draco est sulphur quod extra-
hitur de corporibus per magiste-
rium. Nic. Flamellus in Annos.
pag. 133.

Magnesia dealbata non sinit
corpora frangi, nec umbram Ve-
neris induci. Quæ Magnesia, nisi
totum compositum? Idem, p. 180.

Corpus illustratum, id est à ni-
gredine priuatum, vocatur *ani-
ma*. Idem, pag. 189.

Rosarii.

Quantumcumque diuersificá-
tur nomina eius, tamen semper
una sola res est, & de eadem re.
Non enim introducitur in Na-
turam quod in ea non est de sua
natura. Quare oportet esse ne-
cessarium, ut agens & patiens sint
in genere res una & eadem: in
specie autem altera & diuersa,

secundum Mercuriū quo diuer-
ficatur mulier à viro. quia licet in
vno genere conueniant, tamen
inter se habent differentiam dis-
tinctam, ut differunt materia &
forma. *Rosarium Philosoph.*
pag. 170.

*Succus Lunariae aqua vita, quin-
da essentia, vinum ardens, Mercurius
vegetabilis, omnia idem sunt.*
*Succus Lunariae fit ex vino no-
stro, quod paucis filiis nostris no-
tuim est, & cum illo fit solutio
nostra, & fit aurum potabile no-
strum, mediante illo, & sine illo
dequaquam. Idem, pag. 173.*

Prima materia corporum non
est *Mercurius vulgi*, sed est va-
por *vnguerosus* & *humidus*. Nam ex
humido fit *lapis mineralis*, & ex
vngueroso fit *corpus metallicum*.
In talern hancq. vaporē *vnguetuo-*

B iij

sum oportet ut corpora conuentantur: & in conuersione corpora intermuntur, & granum corporis in mortem prosternitur, & totaliter mortificatur. Et hoc fit mediante nostra aqua alba & rubea. Et talis vapor dicitur *Lapis* in capitulis librorū notus, & principium materie nostrae operationis, & sulphur unctuosum, ex quo in complemento extrahitur *quinta essentia*, Mercurius tingēs omne corpus in Solem vel Lunam, secundum quod *Lapis* fuit finaliter præparatus. Idem, pag. 180.

Lapis noster componitur ex corpore, spiritu & anima. Nam corpus imperfectum vocatur *corpus*, fermentum *anima*, & aqua *spiritus*. *Corpus* imperfectum per se, est corpus graue & infirmum & mortuum. *Aqua* est *spiritus*, cor-

pus purgans, subtilians & dealbans. *Fermentum* est anima quæ corpori imperfecto vitam tribuit, quam prius non habebat, & in formam meliorem perducit. *Corpus* est Venus & fœmina: *Spiritus* est Mercurius & masculus: *Anima* est Sol & Luna. Idem, pag. 187.

Draco est argentum viuum extractum à corporibus, habens in se corpus, animam & spiritum. Super quo dicit Philosophus: *Draco non moritur nisi cum fratre suo & sorore sua*, id est Sole & Luna: id est, sulphure extracto habente in se naturam humiditatis & frigiditatis ratione Lunæ. Cū illis *Draco* moritur: id est, argentum viuum ab eisdem corporibus extractum à primordio, quæ est aqua permanens Philosopho.

B iiii

24 *Davidis Lagnei*
sum, quę sit post putrefactionem,
& post separationem elemento-
rum. Et aqua illa alio nomine di-
citur aqua færida. Idem, pag. 188.

Sel est *animalis*, quia recipit
teria, constrictiōnem, albedinem
& rubedinem, & vocatur *animal*
magnum: & sal *armoniacus* sit ex
eo. Et *Luna* vocatur *planta*, & sal
alkali sit ex ea. *Mercurius* vero
vocatur *Lapis mineralis*, & sic sal
communis de eo. Res huius artis
dissoluta dicitur *sal armoniacus*.
Putrefacta dicitur *res viles*, inuen-
ta in *stergquilinijs*: Conuerſa in
aquam, dicitur quod *pampers* ex
diesines habent, & inuenit omni
in loco; in quolibet tempore, &
apud omnem rem. Dealbata, di-
citor *arsenicum*, & nomine omnis
rei *alba*, & lac *virginis*. Rubra, adi-
citur *sulphur*, *tryzanthus*, *sanguine*.

& nomine omnis rei rubrae.

Idem, pag. 189. 194. 204.

Aqua permanens sive *perennis*,
sive *vinum ardens*, dicitur *aqua corporis*: id est, quando corpus est
redactum in Mercurium. Dicitur
etiam *aqua vite*. *Aqua Philosophorum* vocatur *vas Hermetis*: de
qua Philosophi sic scripserunt:
In aqua nostra sunt omnes modi,
sicut sublimatio, distillatio, solutio,
calcinatio, fixio: in dicta aqua sunt
tanquam in vase artificiali: quod
est maximum secretum. Idem,
pag. 199.

Calcinos, vel animal marinum,
velles, vel cerebrum aceto acer-
rimo vel vina puerorum terite,
quaeusque obsecetur. Idem pag.
195. 197. 200.

Nigredo incepatur detta, qua-
si de lenti decoctio exire, totius rei co-

rata , donec nigredo supereminent. Idem, pag. 204.

Cinis qui est ab illis tribus , appellatur à Philosophis *corpus immundum* : quia oportet decoqui & calcinari usque ad albedinem. Idem, pag. 204.

Philosophi Lapidem diuersis nominibus nominarunt , ut Sapientibus esset manifestus, & insipientibus occultus. Sed quocunque nomine nominatur, semper tamen est unus & idem & de eodem. Idem, pag. 256.

Dastinus Non curetis de nominum diversitate , nec regiminum diuersitate, quia si Solem facere volimus , Solem apponimus , si Lunam, Lunam pro fermento. *Ignis est terra nigra.* Dastinus, pag. 30.

Quod ascendit superius, *aer & elemus* dicitur : quod inferius est,

ignis purus. quia *terra nostra ignis* dicitur, & *aqua nostra oleum* dicitur, quia non comburitur cum *ignis siccitate.* Idem, pag. 31.

Lapis dicitur *aer* qui cum *terra sua* miscetur. *Salamandra* dicitur *noster Lapis*, quia solo igne nutritur. *Flos florū* *Flos florū*, pag. 35. 37.

Quando materia nigra nostra *Liber* *est dealbata*, dicitur *terra foliata*, *duorum cinis* *cinerum*, *fermentum fermenti*, *verb.* & *sulphur album patiens ignem*: tamen sine fermento non exhibet *Sol*, neque *Luna*, sed aliud quod non valet. *Liber duorum verbo-* *rum*, pag. 47.

Acetum Philosophorum est deni- *Lib. trii* *gratio nostra*, quæ est signum dis- *verb.* solutionis veræ. *Lib. trium verb.* pag. 48.

Quot sunt colores, tot sunt nomina. Idem, pag. 49.

Dominus *Magnesia est materia generalis vobis&cū. continens quatuor elementa.*
Mercurius, sic quod virtus ignea ab eo non separatur, est corpus perfectum sine aliqua voluntate: & ratione diuersorum graduum ductis nominibus vocatur Mercurius. Nam duth est frigidus & humidus, anima vocatur: dum est siccus, spiritus: duth est magis decoctus & fixus, corpus: & non fixatur nisi per magnam decoctionem. Et est manifestum, quod citius Mercurius veniat ad perfectionem eum adiunctione corporum, quam petat. Et hoc Philosophi firmant dicens, *Vocantes, Solem fratrem Mercurij, & Lunam eius sororem. & Qui ligat me cum fratre bellorem meo, quicunque ministrum velit perpetuo nutrit:* & fieri,

si facias femellam à masculo impregnare. Dominus vobiscum,
• pag. 50.

A principio Lapis noster aqua dicitur : soluto corpore dicitur aer : dum tendit ad consolidationem, vocatur terra : dum est perfecta & fixa, vocatur ignis. Idem
pag. 54.

Argentum viuum dicitur ven-
tus, id est, argentum viuum aero-
sum, acetum fortissimum, aqua for-
tis, venenum tingens, lac virginis,
fons vite, ignis comburens, Incertus
auctor, pag. 66.

Purrefactio in fundo vasis fit,
& generatio in capite alembici:
& dicitur argentum viuum pater
in generatione mortaliorum, uera vita,
Leo, Phœnix, Pelicanus, Thaum-
alus, Dadalus, serpens, fons pho-
enus, ostium, argentum viuum Pho-

Saturni-
um.

30 *Danidis Lagnei*
bosphorum, coagulum lactis, fer-
mentum, serum fugitivum: & aliis
pluribus nominibus ipsum Lapi-
dem nominant. Saturninus, p. 71.

Lapis dicitur *Adrops* id est, *Sat-*
turnus: quia sicut *Saturnus* est al-
tior planetarum: ita aliquum la-
pidum noster Lapis est pretiosior
& altior. Idem, pag. 89.

Ioan.
Duns.
Scotus.

Compositum nostrum appelle-
latur à Philosophis *terra alba*,
quando est album, & *terra rubra*,
quando est rubrum. *Ioannes*
Duns Scotus, pag. 154.

Ripley.

Totum compositum vocamus
nostrum plumbum: qualitas splen-
doris à Sole & Luna prouenit.
Tolle eis præfatum splendorem,
& tunc terra erit parui momen-
ti. *Ripley*, pag. 70.

Mari-
pus.

In una dispositione mutantur
omnes colores. Sed quāto magis

cius colores innouat, tanto plura nomina sibi imponunt. Morienus, pag. 381.

Lutum quando albificatur, nominamus ipsum *Yharit*, id est, *argentum*: & quando rubificatur, nominamus ipsum *Temeynchum*, id est, *aurum*. Et albedo est quæ tingit cuprū, & facit illum *Yharit*: & illa rubedo est quæ tingit *Yharit*, id est, *argentum*, & facit eum *Temeynchum*, id est, *aurum*. *Calid.* pag. 280,

Hermes ait: Fili, extrahē à radius suam umbram. radius enim est sita *Margella*. humiditas & fœmina: umbra vero est siccitas in humiditate occulta; & est masculus, cuius generatio fuit à natura a me quam generatio fœminæ. Masculus autem est rubens persequens fœminam fugientem, & ipsam capiens.

& retinens in valida: Fœmina autem est alba fugere volens, sed valde leuiter permittit se à masculo capi. Ropterea dicerunt, quod fœmina habet alas masculus vero non. Lapis est senex propter albedinem, iunior propter rubedinem, Aegyptiacus propter humiditatem, Persicum propter siccitatem. Vnde Aegyptij terræ Persarum egere subsidio; id est, humiditas Lapidis debet siccari. Ideo putrefactio non valet alibi quam in Aegypto: ipsius autem finis non nisi in Persia. *Mulier pregnans* etiam dicitur: quia albedo habet intra se rubedinem, quæ in fine decoctionis extrahitur. Margarita nouella, pag. 123. & 124.

Sectio II.

Materia dicitur *Lapis elementalis*, quia ex ipso quatuor elementis sunt

funt extracta : *Lapis mineralis*,
qua ex solidis mineralibus fit: *La-
pis vegetabilis*, quia nutritur &
augetur, quae sunt potentiae ani-
mæ vegetatiæ: *Lapis animalis*,
quia odore reficitur & fortificat
corrumptum: *Lapis rationalis*,
quia permanet naturæ conso-
nans, cum est ad illud determi-
natum. *Scotus*, pag. 199.

Lapis noster vocatur *Adrop*,
id est, *Satinus*; & apud *Troianos*
Draco, vel *Tropus*, id est, *Venenum*.
Speculum Arnaldi, pag. 36.

Arnald.

Azor apud *Indos* est *aurum*,
apud *Hierosolimanos* *argentum*, apud
Alexandrinos & *Macedonenses*
fernum, apud *Grecos* *Mercurius*,
apud *Hebraicos* *stannum*, apud
Tartaros & apud *Arabicos* *Satur-
nus*, apud *Latinos* & maxime apud
Romanos *Ognividor*. Idem, p. 28. 29.

C

Theobal- *Spirituale, corporale, celeste, ter-*
dus de renum, cœlū, terra, astas, autumnus,
Haghe- hyems, ver, masculinitas, fæminini-
lande. tas, cor brutorū, fel, succus herba-
rum, homo, capilli, sanguis, men-
struum, secundina, arbor, planta,
berba, lapis, arsenicum, homo
galeatus & altus, rex, regina, vir,
mulier, aqua, ignis, corpus, spi-
ritus, anima, senex, iuuenis, puer
lactens, frater, soror, patruus,
aunculus, sacer, gener, fratres
wterini, socij, seruus rubicundus,
virgo, puella, vir induitus pul-
cherrimis indumentis, rex diade-
mata rubeo coronatus, kenkel,
leo, gryphus, camelus, equus, ca-
nus, vitulus, gallus, gallina, cor-
nis, aquila, quelles, scarabaeus, fel
piscis, urina vituli, pisciculus ro-
rundus ossibus & cruribus carens,
cor, hepar, stomachus, caput, ce-

rebrum, oculus, venter, mamma,
neruus, vena, biliis, sanguis, pitui-
ta, melancholia, semen, lac, un-
guis, sterlus, urina, sudor, ouum,
venenum, basiliscus, draco, vipe-
ra, salamandra, serpens, Lacerta,
bufo, iheriaca, antidotus, medi-
cina, medicamentum, frutex, ra-
dix, flos vitis, rosa alba, rubea, lu-
naria, mercurialis, portulaca ma-
rina, chelidonia, geldum, viridi-
tas, gumma, gummi, folium, cor-
tex, lignum, plumbum, stannum,
ferrum, as, lato, argentum, aurum,
nummus, pecunia, magnesia, au-
ri pigmentum, arsenicum, sulphur,
marchasita, tutchia, terra foetida,
antimonium, terra nigra oculo-
sa, alum, atramentum, aqua for-
nis, pix, carbo, cornua, caput cor-
vi, as vestum, ebur vestum, talcum,
marmor, ebur, flos salis, offa, cry-

C ij

stellus, lumen crystallinum, mar-
garita, nix, grando, cincta clauella-
tus, terra alba, lapis candidus, pnt-
nis albus stellatus, splendidus, la-
pis, rubens, crocus, cinabrum, mi-
nium, hancarinas, sanguis draconis
combustus, vitellus os, calumen cal-
cinarium, corallus, &c, ut uno verbo
dicam, vocatus nomine omnium
seru quoque in mundo sunt. Theo-
bald. de Hoghelande, pag. 61. 63.
& sequentib.

Turba. *Corsifile* est caput hecias operis
Philos. non minorem: verem post odi-
plexam tunc ita vocatur. Quapro-
pter *Corsifile* est retu' compoſitū,
quod oportet septies affari, & tūc
omne corpus vingit, & vocatur
marmas, exaſſorclans, aut ferri
ſororiam phantū, annū, & ratiſe
nominiſtas. Turba Phil. ſent. 33.
Rabigo, ſicut nomen eft non

verum. Dico tamen vobis, quod
rubigo sit opus secundum quod
ex solo auro fit: atque ob id hirudinem
vocauerunt, quia in sub-
phaseo auro eclatur, quemad-
modum hirudo in aqua. Est ergo
rubigo rubefactio in secundo ope-
ra. In primo enim rubiginem fac-
re est opus dealbare in quo Philosophi
inserunt poni auri flo-
ram & aurum aequaliter. Badem
Turb. sena. 50.

Cambare, et hinc, auripigmentum,
*Zenobio, Ebromach, magnesia, Chro-
tum, sunt nomina argenti viuæ ex:
Cassabæ sublimatae. Cum album
est fastum, vocatur Plumbum ex
Ebromach, Magnesia, Marteb, Gres
albam. Sententia 54.*

Coquite usque donec exeat nigra
de qua mimum vocant, Si res
atis nostræ bene miscet, &c.

C iij

38 Davidis Lagnei
inuenietis nigredinem statim, quæ
est plumbum Sapientum, de quo
Sapientes in libris suis multa
tractauerunt. Sentent. 70.

Exercit. 1. Mercurius vocatur in initio
ratio in operis, aqua: deinde apparente
Turbam. nigredine, terra: deinde & subli-
mato, aër: deinde rubificato (de-
bet autem aër per se coqui donec
subeat) ignis: deinde sublimatus
cum corpore aliquo luminari,
fermentum: deinde solus additus
toti & compositæ materiæ, spiri-
tus. Et sic terra cum aqua, aëre &
igne, corpus est; fermentum, ani-
ma, ultima irrigatio; solius Mer-
curij spiritus. Exercitatio 9. in
Turbam.

Aurora
consurg. Qui desiderat multa nomina,
& causas illorum scire, videat &
legat librum cui titulus est, *Aur-*
ora consurgens.

*Terra foliata vel foliorum, id est, Rosinus.
vestimenta. folia enim sunt cooperi-
mentum arborum, & aqua nostra
est vestis terræ aquæ nostræ. Ro-
sinus, pag. 297.*

*Vt homo ex quatuor elementis
est cōpositus, ita & lapis: & ita est
ex homine, & tu es eius minera,
scilicet per operationem: & de te
extrahitur, scilicet per diuisionē:
& in te inseparabiliter manet, sci-
licet per sapientiam. Idem, p. 312.*

*Anima, fermentum & forma, quæ Taula-
idē sunt, solutis Sole & Luna sit. dan.
Et hæc solutio sic nuncupatur, si-
cum cœpta metalla, nempe Satur-
nus, Iupiter, Mars & Venus pasta
dicuntur. Tauladan, p. 288. 289. 290.*

*Aurum & argentum, an sint
Philosophorum metaphoricæ lo-
cationes, vide apud eundem,
pag. 301. ubi vidabis minime esse.*

C iiiij

Georg. Aurum Hebraice dicitur Ornid
Venetum. est, Lux, & Paz, &c. Latinis Odri-
 zum, id est, forte & purissimum; quis
 ab igne numquam consumitur;
 sed magis ac magis deperatur.
Georg. Venetus in Harmonia
 mundi, lib. 8. cap. 1. pag. 795.

Libanius. Mercurius, quæ Natura per se
 in mixta generantur, vocatur, uen-
 ter struthionis in terra marina con-
 tinuit hic cum aqua non madefa-
 ciente manus, seu cum fluxo: cru-
 dusque vocatur, quia calore me-
 talicis ad manicitatem fixitate inq;
 nondus est perdutus. Vnde & op̄i
 ponitur Mercurio coagulato, qui
 non est aliud quam aurum. Ille
 basius, pag. 56.

Metalla omnia enim ab arte
 preparata sunt, tunc vocantur
 Sol, Luna, Mercurius, &c. Auro
 calidiori dicitur aurum, auro

gentum, hydrargyrus. Idem. p. 57.

Materia Lapidis est vna & eadē *Ioan. de*
res vilis pretij, quæ vbiique repe- *Rupescif-*
ritur, & est aqua viscosa quæ di- *sa,*
citur *Mercurius.* Et quoniā dicūt
quod reperitur in vilibus locis,
multi brutaliū hominū, qui non
intelligunt secundum intentio-
nem Philosophorum, istum lapi-
dem quæsinerunt in stercoribus.
Ioan. de Rupescissa, cap. 2.

Philosophi multis nominibus
lapidē nominarūt ut sciētia magis
fuisse obscura: quia quando lapis
noster positus est in vase physico,
quāto magis colores innouat, tā-
to triā phisa nominatio posuerūt.
Lapis noster post putrefactionem
vestit apie *Magresie.* Si in putre-
factione dividitur *Satoris.* Spec-
culi. Arnald: pag. 22. cap. 10. 11. 12.
Hegesias Apud *Arabum* est cypkeharia *Vogelius.*

Philosophorum. Vogelius, p.88.

Granum incōbstibile metallorum,
est quodadicale eorū humidū; & quasi
semen quoddam Solis & Lunæ,
quod Natura iis inseruit, vt data
occasione in Solē & Lunā exco-
querētur per Naturā lōgo tēpore,
vel per Artem breui. Idem, p.22.

*Greue-
rius.*

Amalgama, id est, mollificatio: co
quod durū auti vel argēti semē in
terra mollificatur. Greuer. p.20.

Incertus.

Azot est quinta essētia aut cor-
pus per se subsistens, differens ab
omnibus elemētis & elementatis
cam in materia quam forma, tam
in natura quam virtute, nihil in
se habens corruptibilis: diciturq.
quinta essētia, quia exhibetur ab
omnibus elemētis, nullumq: ha-
bet in se motum clementalem, ve
cetera corpora clementalia, tunc
gens. Se purificas corpora metal-

lica suo ipso colore, arcensq. & præseruans a corruptione cætera corpora sibi iuncta. Incert⁹ auctor.

Terra alba, sulphur albū, fumus ^{Turba.} albus, auripigmentum & magnesia & Ethel, idem in arte significant. Turba vetustiss. manusc. pag. 68.

Istud corpus habet plura nomina. Vocatur enim ferrum, Mars, carmot, almaga, vitriolum, sanguis, oleum rubrum, urina rubra, iuuentus, meridies, astas, masculus, & plura alia, quæ quidē omnia ei attributā sunt secundū diuersas rationes & proprietates. Ibid. p. 71. 72.

*An Lapidis physici conficiendi
plures sint viae,*

C A P. II.

*V*TRA via, vna re, vna disponit *Lilium.*
*V*ariatione, uno actu totū magis

44. *Davidis Lagonei*
steriuma terminatur. Liliu.

Alphidius. Non indiges nisi vna re, scilicet aqua, una decoctione, scilicet coquere: & non est nisi vnum vas ad album & rubrum simul faciendum. *Alphidius.*

Vnde vas in albo & rubro, unus ignis, vnum et apud terminatur in albo & rubro. *Mahomet.*

Moricius. Licet Sapientes sua nomina & dicta mutarent, eamam semper, intelligentia voluerunt, rem unam, dispositionem unam, viam unam. Sapientes hanc uenit cognoverunt, & eam res, esse vnam sepius probauerunt. *Moricius.*

In rerum multiplicitate. Ars nostra non perficitur. Est enim *Lapis unus, medicina una* in qua totum magisterium consistit: cui non addimus stem exiran aurum aliq[ue]m, nec ministrorum, nisi quia in-

Aristoteles. Postquam separasti spiritum & animam a suo corpore, (id est, intelligas essentias aëreas) tunc rede radicē fuit formam quantitatem per modum vniōnis: & certe corpus statim animam suscipit suam, sicut natura naturā. Tunc procede ad regimen ipsius, quo usque terra, quasi quinta essentia confinxisti, sed imbibitur alyus

sia in tempore suo, donec aquam bibat, & iubeas terram imprægnari. Aristotle.

*Accipe eius quantitatem, & Calid.
scias eius pondus, & adde ei de
humiditate quantum posset bibe-
re, cuius humiditatis non habe-
mus hic pondus determinatum.
Calid, cap. x.*

Designo proprio Lapii physico,

CAP. VIII.

*Cum Lapis noster fixabitur, si Isaacum
Quiccum fermento, sitie cum
aliquo corpore, tā pusillus et ignis
adhibendus erit, ut nihil prouersus
sursum sublimetur: alioquin fi-
xum non fecerit: cum fermento aut
corpore. Isaacus, lib. i. cap. viii.*

*Perpusillum ignem adderis, paulo
calidiorem quam Sol æstatis me-
dia. Idem, cap. 6.*

*Qui cquid agas, nunc quam igne
augeas, quin prius aliquid eximias
poderis, ac laminatione argenteatione
ponas, uti prius dictum est, &
quin videas quem calorem ferre
possit antequam ascendas. Ita fa-
cile in igni errare non poteris,
estque hoc secretum maius to-
tius Artis. Idem ibidem, cap. 9.*

*Et paulo post: Quicquid agas,
potius minorem quam maiorem
ignem adhibeas. ita falli non po-
teris. At ianuam suam hunc longiora
tempora opus erit antequam ful-
getur; tandem implo eius cornibus
Ignis, negligentia multa opera
perduntur. Eo enim orationis
Dominica spatio neglecta, rur-
sus sepius opus inoperium ducere est.*

Quoties Lapis colorem titrat, sanguinem paulatim angebis, donec semine infra tinctantur, & si raudus omne siccum sit. Caudatam etiam in ligno lignum stras, non obstante fixum sit. Et ad album colorem perducetur. Idem ibidem cap. 33.

Mixtum vespere igne puro sublimatis 180 gradiis, quantitas rectius dilatatione longior sit. Vana, cum igne puro adorata, materia medias suam humiditatem retinet. Ibidem cap. 43.

Debet admixta nigre puro sublimata, ut subtilis spiritus volatile primaria ex fectibus volatilis possit, & sicut in superiori partem vanis, & inconclusis spiritibus mediis ex fectibus extre incipiat. Ibidem cap. 131. videlicet cap. 33.
CVAS admodum solidas hunc

obtura: siccato fornaci fixatorias
impone, ac ignem admodum tepidum
adde, ut *Sol* in *Martio* splendet:
ac die nocteque in hoc calore
retine, donec materiam tuam ni-
gescere videas instar picis, et ja-
num magis. Tum ignem tuum
exiguum gradum *auge*; ac tum
multum, ita ut paulo calidior sit
quam ante percipiatur. Ac retine
ignem in eo calore, donec vide-
bis alium colorem, qui subruse
cineritius est, quasi essent cine-
res. Tum ignem tuum etiamnum
paululum *auge*, ac non *nigrum*, ita
ut *Sol* in *Aprilis* splendet, atque
ignem in eo calore retine, donec
subuiridem colorē cornes, qualis
est color plumæ psittaci. Tum
adhuc ignem *paululum* *auge*, do-
nec videbis colorem, qualis est
cauda paonis, quæ cæcum co-

lores habet. Tum *ignem* tuū *auge*
eo calore, qualis est *Solis* in *Iunio*,
nec maiore. & *ignem* istum non
auebis, donec *perfectam albedi-*
nem *videbis*, ac *Lapidem* *album*
perfectum *esset*. Tum *adde ignem*,
donec videbis *materiam colorē*
cineritium *adipisci*. Tum *ignem*
auge *paululum*, tantum *gradulum*
vñ, donec *cernes* *colorē* *heluu*,
perinde ac si esset *coagulum* quo
alutarij coria sua *prēparant*. Tum
ignem *tuum* *etiam nū gradulū vñ*
auge, ac illud *regimen* *ignis* *ser-*
ua, donec *colorē* *cernes* *perinde*
ac si esset *contritus* *latēr*, *inter*
rubrum & *ruffum*. Tum *ignem*
tuum *auge* *etiamnum exiguum*
gradulū, donec *tursus* *videas* *co-*
lorem *cineritiū*, quasi *glauci ci-*
neres *forent*. Ac tum *ignem* *au-*
ge *etiamnum exiguum gradulum*,

Color vero cinctius est propterea
minus colorum omnium reliquo-
rum fere ostendens. Ac iam ignem
etiam non amplius angulus; ipsius
quam Lapis perfectus sit. Primus
color quodam post hinc colorum
cinctium certos reddit ruborem
dus color, quasi esset rota, ac pau-
larem color interdum altior ficeret,
ac paulatim magis pragisque re-
batur ad eorum materiam rubram
ac tam alii coloris sit ea formaque
non quam talis rubedo vallis ven-
tis. Iunctans conspecta facie.
Tum enim Philosophis exulta:
Lapis perfectus est. Residenz, page
192, etiam T. v. 11. p. 20. in libro

Libanum

In aliud sicut vestrum materiam
ista sparguntur in sphragibus fundo et
deinde ligato unigenito, donec
ipius pars albissima nigra pri-
eletur. Nam albedo, quam in orbe
spondi-

spontilibus vasas adhuc teas & Libas
enim de Azotho, pag: 92.

¶ Credem ihi, quod totum ita: *Thomas.*
gitterium nostrum sit solum in
regimine ignis ex capacitate indu-
stris. Nas enim nihil operamur
sed virtus ignis bennicii. Lapidem
pastrū operatur a modico labore,
& paucis expensis: pata: quod
Lapis noster, cum facit in suam
primam natum, scilicet in pri-
mam aquam vel hac virginis, vel
caudam draconis semel solutus;
enepise Lapis seipsum calcinat,
sublimat, destillat, reditit, lauit,
congolar, & virtutis ignis proportione
nisi seipsū perficit in utroco vase;
sive alterius manu ab opere Mones.
Thomas Aquinas ad Fratrem Rey-
naldum, cap: 3: in libro de lauro.

¶ Quoties res requirere videbi- *Greue-*
m, & in frigida, & calefac, & hu- *rime.*

M

seca & desiccata est terra tunc
nullo plane in hoc errore com-
missa; etiam signis tuus aliquot
diebus aut septimanis non esse
continuus. Id dom taxat caucas,
ne cum semel lignem extinxeris,
perpetuam extinctionem relinquas.
Nam & quoties usq[ue] franguntur,
toties materialia in frigidare
oportet, ac tandem in aliud vas
priori consimile reponere, mox
que ad ignem suum referre. Gruca-
tius, pag. 39.

Planus.

Ignes duo reperiuntur tantum
in libris Philosophorum, sicut
vnum, alter humidus. Siccus est ille
elementalis, humidus est Mercuri-
ius. Vnde Turbae Argentariae
nostrum signum quando experientur
burendi ac occidendi, majorib[us]
quibus igne, vel elementis etiam ipso,
vim obtineat. Metcurius dicitur

etiam simus equinus. Alanus, p. 58.

Ignis noster mineralis est, aequalis Pontanus,
est, continuus est, non vaporat,
nisi continuum excludatur, de sulphur-
re participat, aliunde sumitur
quam a materia, omnia diluit,
soluit, congelat & calcinat: & illa
ignis cum remissione igne totum opus
perficit, simulque omnes debitae
sablimationes facit. Pontanus,
pag. 75.

Ignis contra naturam debet ex- Ripleus.
cruciare corpora: ipse est Draco
violenter comburens, ut ignis In-
ferti. Ripleus, p. 78.

In solutio[n]e, ignis semper erit Daustru-
lonis; in sublimatione mediocre; cu[m]
in coagulatione temperata; in
dealbatione continuo; & in rubi-
ficatione siccis. Daustricus, p. 12.

Ignis sit latus usque ad albedinem. Idem, p. 26.

Scalo. Ignis primi gradus seu regiaminis
debet esse sicut gallinæ cubantibus
onna sua ad pullos procreandos,
aut sicut calor naturalis digerans
cibum & nutritus corpus sicut ut
calor simi, aut Solis in Aries. Ideo
dixerunt quidam, quod debemus
incipere Sole existente in Aries,
& Luna in Tauru comitorante.
Iste gradus durabit ad albedinem
usque, qua apparente augementum
ignis gradatim usque ad perfectata
Lapidis exsiccationem seu inci-
nerationem: & iste calor assimili-
latur calori Solis in Tauru ad Ge-
nitos & minos. Desiccato vero Lapis &
incinerato, iterum fortificatur ignis,
donec Lapis perfectissime rubeat,
& regali veste induatur ab igne:
& iste calor assimilatur calori
Solis in Leone. Scala Philosoph.
pag. 147.

Ignis sit blandus & aequalis, ita ventura.
quod nec inualefacat, nec debilit-
ecat. Ventura, cap. 20.

*Mercurius est ignis. Vnde Philo Rosarii.
Iosephus; Scio ergo quod Mer-
curius est ignis corpora comburens
magis quam ignis. Rosarium, pagi
572.*

Jubeo omnes investigatores
huius Artis, in principio facere
ignem leuem, donec facta sit pa-
tientia inter aquam & ignem. &
postquam videris aquam fixam
sine ascensione aliqua; non cures
qualis sit ignis, sed bonum est rel-
igere omnem patientiam, & donec spiri-
tus, & corpus unum fiant, ita quod
corpora fiant incorporea, & in-
corporeta corporea. Idem, pag.
574.

*Ignis vocatur omne illud quod
non fugit ignem, & quod per ignem*

M. iii

non marcescit nec consumitur.

Idem, pag. 179.

Solus *calor temperatus* est humi-
ditatis inspissatiuus & mixtionis
perfectius & non superexedens.
Nam generationes & procrea-
tiones rerum naturalium habent
solum fieri per *temperatissimum*
calorem & *aqualorem*, uti est *fimus*
equinus, *humidus*, & *calidus*.
Idem, p. 181.

In *solutione*, *ignis* erit semper
leuis, in *sublimatione* *mediocris*, in
coagulatione *temperatus*, in *decal-
ibratione* *continuus*, in *cubificatione*
fervidus. Si vero istis nescienter erra-
ueris, eas una sepiissime & laborem
desfiebis. *Idem, p. 186.*

Sit mensura *ignis caliditas Solis*
Tuly, quatenus ex suavi & longa
decoctione inspissetur aqua, &
frag terra nigra; *Idem, pag. 181.*

Elto longatus in opere & con- Déside-
tinuus: quia generatio & certa, rabile.
ptio non fit nisi per motum con-
tinuum, aetrem exclusum, & calo-
rem temperatum, sicut ouorum
matrix, donec album sit, & con-
verget agere non manibus. Déside-
rabile, pag. 22.

Ignis continuatur in calore fer. Dominus
brili, quia si magnus calor daretur vobis.
Mercurio, a principio fugeret,
propter sui magnam frigiditatem.
Et ita oportet coquere Mercur-
ium tamquam torcular, quousque
cuius frigiditas debilitetur, & se-
cundum quod eius frigiditas re-
cedit, augendus est ignis. Domi-
nus vobiscum, p. 51. 60. 64. Scotti.

Opinari tempore oportet ignem Bene-
esse: item si domus aquae sua con-
gelat. Benedictus, p. 57.

Indigne: tempore modica quanti- Scotti:
M. iiii

titas si dicas h[ab]emus idū dolycas, & hoc
paulatim & nō subiecto utrūcunq[ue] quanto
plus lapis ablinetur, tanto intēsioq[ue]
ris sit abcedens. Scatur, pag. 62.

3. Ignis primo gradus, id est, salut-

Saturni, tunc & postea factio[n]is, & debet
esse id est, ut nihil ascendat inde
natura sublimanda. & supra dicit:
ignis denis, qui argenteo visu dat
ingressum in corpus mundum, &
ex fortissime perditur rotum. Sa-
turnius, pag. 73. Vide caput de
operationibus corporis mundi n. 11. 11

3. Ignis patens, proprie hic di-

Vincen-
citus, qui ad modum videntium,
id est, quadriges iuxta super lumen a-
qualiter continuat, quod fatere
non potest ignis flamma. Sed talis
est fons calcarii & clavis præter
carbonum extractionem, sed talia
ibi calor continetur, sed non ardor,
& isto igne egerimus. Vincenctius,

pag. 37.

*Ignis triplex est apud Platonicos
lucens & vrens, lucens non vrens, Lauren-
vrens non lucens.* A. Laurentius tuis.

Histor. Apol. lib. II. quæst. 3.

*Calor dealbans non debet esse Libaninus
zincinus, alias effigies. Notandum
hoc in passu loquitur de primo
colorc albo, quem a nardino ex
Libanio operatur. Z. m. d. 1. 1. 1.*

*Argentum vnum est igneum, Turba
omne corpus comburens magis
quam ignis ð scorpoem mortifican-
dus est quodcumque corpus ei
cohererit et continetur exinde
decatur. Turba. Sent. 47. 1. 1. 1.*

*Quamvis semper loquuntur de Bacho
igne denso, ut vera ratione sensimus
quod in operis regi plura pectora
de incifimisque acti ferens impren-
sibus in aliis impioribus usque ignea.
Bachus, cap. 47. 1. 1. 1.*

*De vase Philosophico ad Lapidem
physicum conficiendum.*

CAPUT IX.

Grene-
rim.

V V M amalgama impone di-
ligenter in baciam vitream,
que sit tanta capacitatris, utager
tuus seminatus & occatus terram
dum taxat eius partem impletat,
duabus partibus vacuis relictis.
Postea conclude orificium tuum bo-
ciae cum luto sapientiae runcta-
bebis oym Philosophari, quod sci-
licet non est nisi unum vas. Lapi-
dum, coctio sola. Grever. p. 21. 22.

Rarissimum est vas quod ab ini-
cio ad finemque perducatur operis.
Neque tamen existimare mentitos
esse Philosophos, qui dictum vasis
vase Magisterium perfici, obscurum

enim hoc audis dici, protinus de
specie nō de *individuo vasis* cogita,
& sic veritatem assequeris. Idem,
pag. 39.

Vas pro media parte cincibus *Alanus.*
obrutum sit, atq; altera medietas
emineat curabis, idq; ut quotidie
inspicere possis. *Alanus*, p. 56.

Vasa sint *vitreæ*, *inferius lata*, in *Vogelius.*
acutum *definitentia*, *instar figuræ*
Coxus *appellatae*, vel etiā *conuexa*
& *testudinata* absq; *cistro*, *instar*
alembicicæci, quorū *cameris* & la-
teribus sublimati spiritus adhæ-
reā. *Sicutella* *inferior* *sitterea*, quæ
superius *vas* apicē *intra* *parietes*
suos recipiat. *Vogelius*, p. 89.

Vitrorū debent esse plura discre- *Libanum.*
pantib^z *capacitatis..* Nam *initio*
quantitas *patua* est, *postea* *crescit*,
& *tamen nihilominus*, si *reina-*
ueram *species*, in *unam* *uni* *fermis*

188 *Danidis Lagnei*
potest absoluī. Alij lunae habent
instrumenta & osseata: alijs formam
aludelis. malum, ita comparata ut
ut *collū angustius* & excisus pos-
sit infisi in *alud vitrum operculi*
vicem praestans, quasi duo globi
segmenta includeret. sibi mutuo.
Et hoc virtute mihi videtur ad
frequenter refectiones esse ac-
commodatiss. Claudit enim in
medio celli foris circulicē pasta.
Sed quocunq; utaris vale, id
obstudem, sedulo sit. Libavius de
Lapide Phil. p. m.

Desiderabile. *Vix Lapides est urata*, in quo
ternum compleatur magisterium,
spissum, semicubiti longum, sub-
tus & supra rotundum & planum,
facies amplum, cuius fundus sit
parte curvatus, & ex parte ampliori
venientia ascendat liberius: sit
de vitre, nefarii cincini, & idem

valde clausū, ne Mercurius noster
exit possit per ipsum vas. Desi-
derabile, pag. 21.

*Vas vitri debet esse rotundum, Lib. triū
cuius collo longo, cuius ordebet esse verb.
sigillatum aliquo cooperculo, &
debet esse in aliō vase clausum, ne
calor immediate ingrediatur ma-
teriam, & sic triplici vase coquuntur.
Liber triū verborum, p. 49.*

Hermes dicit: *Vas Philosophorū Ludus.
rum est aqua earum. Ludus poctio-
num, pag. 139.*

Non egenus vni vase, una Flamel-
fornace, & itaque dispositione: *Im.*
quod audi post præparationem
phismi lapidis. Flamellus in An-
nata. puego.

*Vas sit vitreum, firmiter clau- Ventosa.
sum, ventre rotundum, collo lon-
gum & strictum ad mensuram di-
midij pedis yet cisca, vnumque*

vas sufficit. Hoc vas dicitur omniū
sublimatorium; cibrum, sphaera, sea-
pulcrum, carcer, leo antiquus, leo
viridis, vrinale, curbita, bocia,
alijsque varijs nominibus. Lau-
rentius Ventura, cap. 15.

Rosarium.

In opere Magisterij nostri non
egemus nisi unicorū sc̄e, vna fort-
nace, vnaque dispositione. quod
intellige post præparationem pri-
mi Lapidis. Rosarium, p. 211.

Notandum est, quod postquā La-
pis fuerit purificatus atq; perfecte
mundatus ab omni re corruptu-
te, & postea fuerit fermentatus;
non indiger amplius mutare vas,
ne*cipsum aperire*, sed solummodo
quod Deus custodiat ipsū ne frater-
gatur. Ex propria hoc dixerunt Phi-
losophi: *In uno vase conservatur totum*
magisterium. Idem, p. 232.

Dominus
vobiscum.

Kru erit ex vitro rotundum, &c.

habet collum strictum & longum, &c.
non reponatur materia quin sint
duæ partes vacuae. Dominus vo-
biscum, pag. 51.

Pone tuā materiā in vase uitrea *Scotus*
rotundo forti, habente orificiū stri-
ctum & sigillatum. *Scotus*, p. 60.

Sume Lapidem notum tibi & *Mul-*
tritum: pone in alembico non ha- *Grec.*
biente nisi vnum foramen in sum-
mitate, quod ~~aut~~ *aut* sigilla & pone
in balneo lentissimo. *Mulieres*
Græcias, pag. 91.

Vix a huic magisterio necessaria, *Calid.*
scilicet aludela, vocatura Sapiēti-
bus cometeria seu cibibratoria, quia
in eis dividemur, partes & mun-
dansit, & in superficie, com-
pletus, & depuratus magisterij.
Calid., cap. I pag. 389 1281. *lunaria*
albus, retundum debet esse cum
panno collo, de viro, vel de terra
cristi

aliqua, marum sic comparsio-
nem viti representans, cuius et
eum talicem opertorio & bicum in-
debet esse signatum vel sigillatum.
Bachus, cap. 5.

Detempore ad opus perficiendum

perficiendam.

Canxi et operam non
possit.

MATERIA nostra scipiantur
ad perfectum. Hix perficit,
vertendose in puluerem subtilissimum,
qui dicitur terra mortua,
vel homo mortua in sepulcro; ut
magister sciens: quod spiritus ab
occultatus est in sepulcro; &
anima quasi recessit. Permitte
go stare tunc a principio, usque
ad viginti sex septuaginas, & grossum

sum tunc factum est gracile, leue
ponderosum, asperum molle, &
dulce amarum, conuersione na-
turarum, virtute ignis occulta
completo. Thomas, cap. 5.

Parui spatio temporis Ars perfici ^{Grenae}
non potest. Idco artifex sit pa- ^{rim.}
tiens. Greuerius, pag. 34.

Pauciores dies præparationis est ^{Venturae.}
circuitus & revolutio luminaris
maioris. Lapis teneri debet im-
igneum, quoisque de vna natura
in aliâ, & de uno colore in alium
amplius mutari nō possit, sed siat
sicut sanguis rubicundissimus,
fluens in igne sicut cera, ita tametsi
fixus, quod nūquam diminuatur.
Ventura, cap. 22. pag. 121. 122.

Artifex in operando sit assiduus
& longanimitis, ne festinet, sed
sine vlla cordis râbie, ira veli
meru, quiete & pacifice post

N.

194 · Davidis Lagnei
*tempus debitum aptatos fructus ex-
pectet, sicut agricolæ faciunt.*
Idem, cap. 28.

Ripleus. *Annum sumimus pro nostra ex-
pectatione. Nam minoris tempo-
ris spatio calx nostra non potest
confici.* Ripleus, p. 73.

Videntes colorē nigrum & fu-
cum & malum post *longum tempus*
dimittere, & aliqualē albedinem
ad modum cinerei coloris deue-
nire, vocauerunt *incinerationē seu*
dealbationem. Idem, cap. 112.

Libanius. *Tempus quo totum absoluitur,*
non est apud omnes certo definitū.
Quidam id reuocauerūt ad decem
*menses vel nouem, quibus conce-
ptus in utero perficitur: quanquā*
& hoc sit inæquale. Alij trienniū,
alij etiam minus statuerunt. Sed
multæ incidūt inæqualitatis caus-
æ. Itaque *citra temporis exactam*

descriptio*nē* iubent agere artificem
ad perfectum, & actiones singu-
las suis determinant indicis, ut
sciant quid quando sit instituen-
dum. Libauius, pag. 108.

Temporū variatio accidit pro- Mona-
*ppter quantitatem Medicinæ, & se- chm.
cundum industriam artificis. Mo-*
nachius, p. 17.

In purificatione non potest esse
tempus terminus, sed in nonaginta
diebus cōpletur opus ad subrum.
Idem, pag. 20.

Quinquaginta diebus primis sic
caput corui, & inde in centū quin-
quaginta fiet columba, & centum
quinquaginta alijs fiet rubeus: len-
to utere igne usque ad albedinem.
Idem, p. 72. & Saturninus etiam.

Medicina non fit *pancis diebus* Incertum.
nec mensibus, nec in brevi, cum diu
immo diutius oporteat illam igne

N. ij

196. Davidus Lagoni.
domini & nuncrichteris auctori

Scala. In huius Artis decoctione Philosophi plures terminos posuere. Quidam intracatum, alij inter mensem, alij in diem unum, alij in tres. Sed sic uos vocamus diem, illud spatium ab ortu solis ad occasum; sic illi dicebat illud spatium inter principium coctionis & finem, diem unum. Illuc qui dicitur per mensem, dicitur respectu Solis qui de curris permanenti uno signo cecidit. Qui in tres dies propter principium, medium & finem, qui per annum, propter quatuor colores. Idem.

Scala. Cum steterit in Ecclipsi per quinque menses, tembrofrigare recedente & lumine supergeniente calor augeatur. Scala Philos. pag. 117. 118.

Lullius. Totus Naturæ cursus est diuinorum annorum spatium. Vnde Lapis

est, unde lapis &c. trium mensum.
qua se secundum quod corrumpi-
tur, sic generatur. Lullius in Vade-
mecum, pag. 160. In hoc tempore
Tempus perfectionis Elixir est ad Rosariū.

minus unus annus. Rosariū, p. 179:

Scias quod hec est longissima
vita: Ergo patientia & mora sunt
necessaria in nostra magisteria.
Idem, p. 83, 210.

Vobis dico quod sustineatis
patienter, quia forte moratur, &
festinantia quidē ex parte diaboli
est. Ergo qui patientiam non ha-
bet, ab opere manū misfuspendat:
quia impedit cum festinantē
credulitas. Idem, p. 247.

In quadraginta diebus & noctibus
completur opus ad albū post ve-
tam purificationem Lapidis. quia
in purificatione non potest esse
tempus determinatū, nisi secun-

N iij

dum quod artifex bene laboret, & in nonaginta diebus & noctibus completerat opus ad ruborem. Et isti sunt veri termini ad totam perfectionem. Hoc intellige de coagulatione que sit post purificationem: quia purificatio non habet fieri aliter nisi in putrefactione & corruptione corporis in mecum spiritum. Et cum hoc habueris, lauda Deum. Idem, pag. 252.

Desiderabile.

Sic longus ad extractionem tinetur, quia festinatio est primus error Attis, comburens omnia. Desiderabile, p. 15. *Patientia & mera sunt necessaria*, ut ex prolixitate coquendi vincat aqua pugnam ignis leui decoctione. Benedict. p. 57.

Benedictus.

Scotus.

In annū potest fieri huiusmodi operis perfectio. nempte de grossō subtile, de fixo volatile: nam quod

Harmonia Chemica. 199
est superius, sit inferius. Scotus,
pag. 61.

Continuetur semper ignis absq;
diuortio, donec argentum viuum
siccum sit, & fiet in *duos annos*, nec
quantitas argenti viui excedat li-
bras duas. *Phœnix*, p. 75.

Prima decoctio *tempus certum Phœnix*.
nō habet, & est tædiosa sui longi-
tudine: tamen cum gaudio expe-
ctetur. Multi *festinatione* perierūt,
& longitudinis tædio affecti di-
miserunt. Idem, p. 76.

*De coloribus Lapidis physici appa-
rentibus ante perfectionem,*

CAP. XI.

BRÆVI TÆPORIS SPATIO OMNEM *Isaacm.*
Bmateriam nigram conspicies,
N iiii

200 *Davidis Lagaei*
tum scias veram coniunctionem
accidisse, ac sub nigredine *albedi-*
nem latere. Et scias, nisi *nigredo*
se se in opere ostenderet, nullam
mixtionem nec coniunctionem
fore: nec vñquam alterum cum
altero fixari posset. Ac ubi *nulla*
nigredo se se ostendit, ibi *nulla*
fixio inter animam, spiritum, &
corpus accidit. *Isaactus*, lib. 1.
cap. 64.

Nigredine conspecta, certus sis
veram coniunctionem factam
esse. Idem, *ibid. c. 67.*

Priusquam *clarus* splendens
color veniet, omnes colores quo-
quet sunt in mundo apparebunt
& interibunt: deinde multam in-
signem *albedinem* conspicies, ita
ut tibi videatur; haec est vera al-
bedo. sed vera albedo non erit.
Priusquam *vera albedo* veniat, vi-

debis in circuitu ad magines vitri
in materia Lapidis quasi essent
gemma Orientales vitro insignes,
tanquam oculi piscium. Cumque
id videbis, sis certus in paucis
diebus perfectam albedinem sese
manifestaturam. Cumque mate-
riam *instar niuis albam esse* vides,
ac splendorem habere ut gemme
Orientales, quæ aqua valde insi-
gnes sunt ut materia quæ in vitro
est; gaude. Lapis enim *albus est*
perfectus. sinas sua sponte refri-
gescere. Idem, cap. 131.

Aquam probe cum aqua con-
junge ac humidum cum sicco, ut
post vidcas maris nigredinem, id
est, atrum colorem, quem in eius
putrefactione conspicies, quæ sit
viginti nouē dierū spatio ad ignem
pusillum: quod signū perfectura
probæ coniunctionis est. Idem,

Lullius. Secretum nostræ veræ dissolutionis est *Nigredo* facta ut carbo ex Sole & Luna: & ex hoc tandem vere cōiungūtur inter se, ita quod numquam separātur ab inuicem, fiuntque puluis *albissimus*, qui sunt masculi & fœminæ generati vero amoris vinculo. *Lullius*, cap.1.

Greuerius. Elapsis diebus præfinitis, cotidie si *primus calor ex albedine* iam sit mutatus in *cinereum obscurum*, vel *nigrum* albedine quadam dilutum. Si videris, gaude: quia calorem legitimū subministrasti, & iam semina tua germinare hoc ipso signo conspicis. *Greuerius*, pap. 24. 25.

Primum signum materiæ apparet color *obscura rubedine fere nigricante*, laterem ostentans, quæc neque nigrum, neque su-

brum, neque brunū, sed mixtum quendam ex his omnibus cognoscis. Alterum, *siccitas terre*: quam ex eo intelleges, si exhalationum nulla sit augmentatio magis quam antea. Perfectæ maturitatis signa sunt, color *rubens* cum *citrinitate* intensa non nihil resplendens, & exhalationum defectus. Idem,

pagina 36.

Plerumque quadraginta dierum spatio apparet *nigredo* quedam instar picis: quæ nihil aliud est quam corporis soluti indicium. Quicquid enim spirituale effectū est, superiora seu altum petiv, & omne terreū in fundo remanet, atq. omne leue sursum, omne pōderosum deorsum tendit. Quādo autē coruus ab aqua sua solutum fuit in *nigredinem* & essentiam incomprehensibilem reductum,

tunc presto est solutionis tinctura
in nigredine. sic denique in unum
quatuor elementa conueniunt.
Quicquid cum Mercurio solutum
fuerit, id sese rursum eleuat, quā-
tumvis maior portio continet im-
ferius remaneat. Idem, p. 56.

Alanus.

Quando materia in mediocri
calore quadraginta dierum spatio
steterit, desuper comparere incipi-
bit *nigredo* quædam instar picis,
quæ caput corni Philosophorum
est, & Sapientum Mercurius. Ala-
nus, p. 63.

Garland.

Hic Lapis triplex est & unus;
quatuor habens naturas, & tres
colores, scilicet *nigrum*, *album* &
rubicundum. Garland. cap. 13.

Ripley.

Omnis colores apparebunt ante
perfectum *album*, & post *citrinus*
& *falsus citrinus*: deinde *sanguis*
rubens impermeabilis. Tunc

Habes medicinam testij ordinis
in suo genere multiplicabilem. Ri-
pleus, pag. 90.

Soluta primo corporum forma Arnal-
ia Mercurium nostrum, imme-
diata noua forma introducitur,
corrupta ipsorum forma : quæ
quidem forma est primo in colo-
re nigra, in odore fætida, & im-
tactu subtilio & discontinuata. Ar-
naldus in Specul. p. 55.

Calor agens in Humido, generat
primo nigredinem, & in nigredine
albedinem, & in albo carinatatem,
& in citrino rubedinem. Idem
ibidem, pag. 22.

In hora coniunctionis mirabi-
lia maxima apparet. Nam omnes
colores de mundo quotquot ex-
cogitari possunt, apparent in o-
perando, & corpus imperfectum
coloratur coloratione firma, me-

Materia nullo modo potest ita
destrui, quin semper maneat sub
aliqua forma. Vnde soluta p̄tima
corporis forma in Mercuriū im-
mediate introducitur noua for-
ma, corrupta ipsorū (puta corpo-
rum perfectorū) forma. quę qui-
dem forma est in colore *nigra*, in
odore *fætida*, & in tactu *subtilis* &
discontinuata. Et hoc est signū per-
fectæ dissolutionis corporū. quia
calor agens in humido primo ge-
nerat *nigredinē*: quęquidē nigredo
est *caput corni* principiūq; operis
nōstri. Idem, lib. 2. Rosar. cap. 4.

*Mona-
chus.*

Cum in opere fueris, fac ut
primo habeas colorem *nigrum*,
qui est clavis Artis: & tunc certus
eris quod recte procedis. *Mona-
chus*, pag. 16.

Cum primo denigrat, clauem *Daustric.*
operis dicimus esse, quoniam cum
non sit absque nigredine. nam
ipsa est *tinctura* quam quærimus.
Daustricus, pag. 16.

Dealbatio non sit nisi coctione
& aquæ congelatione: & quanto
plus abluitur, tanto intentius de-
albatur. *Idem*, pag. 47.

Quādiu apparuerit *nigredo*, ob-
scura dominatur fœmina. & ipsa
quidē est prior vis nostri Lapidis.
quoniam nisi prius fuerit *nigrum*,
non fiet *album* nec *rubeū*, eo quod
rubeum ex *nigro* & *albo* componi-
tur. *Idem*, pag. 28. & *Ludus puer.*
pag. 144.

Cum terra non fuerit *alba*, *Auricēna*,
tere eam cum aqua sua, & iterato
eam calcina. quia Azot & ignis
latonē abluunt, & obscuritatem
cuius penitus ab eo eripiunt. Nam

præparatio est cum aqua semper:
 & qualis sit aptitudo aquæ , talis
 & erit limpitudine terræ ; & quan-
 to magis fuerit *ablutio*, tanto ma-
 gis erit & terra *alba*. *Anicenna*,
 cap.5. pag.83.

Scala
Phil.

Cum suam biberit aquam ad-
 urentem, *denigratur*, manetque in-
 umbra purgatoriij cum noctibus
 centum quinquaginta sex diebus.
Scala, pag.129.

Eudus
puer.

Æs nostrum primo de quanto
 magis coquitur, de tanto magis
 soluitur & *denigratur*, & fit aqua
 magis subtilis & spiritualis. Se-
 cundo de quanto magis coquitur,
 de tanto magis inspissatur & de-
 siccatur, & fit maioris *albedinis*.
 Tertio de quanto magis coquitur,
 tanto plus coloratur & *rubificatur*,
 & fit tinctura intérieuris *rubedinis*.
Eudus puer. pag.143.144.

Colores:

Colores elementorum in opere *Flamell.*
sunt: a pedibus ad genua usque
terreum elementum *nigrum*: a
genibus usque ad umbilicum,
aquatum splendidum album: ab um-
bilico usque ad cor, *aerum flavidum*
citrinum: & a corde ad ceruicem,
igneum candens ac rubeum. Demo-
critus apud *Flamellū* in *Annot.*
pagi 176.

Ista terra *vigra* in principio *Rosarii*.
stat super aquam, & paulatim
submergitur in fundo yasis. Ro-
sarium, pag. 182.

Dispositio eius est ipsum pri-
mo *desigrare* & *putrefacere*. Idem,
pagi 195.

Cum videris materiam tuam
desigrari, gaude: quia est princi-
pium operis. Combure ergo æs
nostrum igne leui, sicut ouorum
nutrix, donec corpus cōstituatur.

O

& tinctura extrahatur. Idem,
pag. 197. 200. 201.

Dixerunt aliqui, quod in ope-
re lapidis apparent omnes colo-
res, qui in toto mundo excogi-
tari possunt. Hoc est sophisma
Philosophorum, cum non ap-
pareant nisi quatuor principales.
Et quia ex eis omnes alij trahunt
originem, ideo dixerunt omnes
colores. & si tibi non apparent,
non cures, dummodo possis ele-
menta segregare. Nam Citrinitas
choleram significat adustam, &
ignem: *Rubedo*, sanguinem & aë-
rem; *Albedo*, phlegma & aquam;
Nigredo, melacholiam & terram:
quatuor habens colores, quatuor
elementa sunt. Idem, p. 201. 203.

Dastinus: *Ignis* est terra nigra in fundo
cucurbitæ, qui ignis cum suam
biberit aquam adurentem, deni-

gratus manet in umbra quadra-
ginta noctibus. Et sic concipit
in balneis , parit in aere. Dasti-
nus , pag. 30.

Egressus tinturæ nigrae , est si-
gnum solutionis & plenæ putre-
factionis. Est enim nigredo prin-
cipium medicinæ. Idem , p. 31. 32.

Denigratio est signum solutio- Lib. tria.
nis , & dicitur *acetū Philosopho.* verb.
rum , & inde ad *albedinem* venit:
sed *intermedij* plures apparent co-
lores , & post *albedinem* sequitur
rubedo. Liber trium verb. pag. 48. Exempl.

Liquefactum est corpus no- Scientias.
strum , quando *nigrum factum est*
& spissatum. Exempl. Scientiarum,
pag. 93.

Colores tantum tres sunt ; ni- Dominus
ger , albus & rubens , & qui ve- vobisq.
niunt dicuntur *modij* , & mutan-
tur : & quando amplius non sic:

Q. ij;

mutatio colorum nec fumat, ibi cadit perfectio. Dominus vobis-
cum.

Ventura. Ad dealbationem cooperatur aqua, quæ cum ipsa terra continue imbibitur & calore exhalat: immo potius cum terra incorporatur & desiccatur. Sæpe ergo tere eam cum aqua sua, & iterato calcina, quoisque aquæ ac ignis lotione obscuritas penitus recedat. *Ventura*, pag. 153.

Libauium *Albedo* quæ fit per nutritiōnem, comparatur plumbi albi candori. Ideo credendum non est, hanc esse illam in perfecto Lapide desideratam. Itaque hoc dominium adscriptum est *Ionis*, cuius *albedo* non est fixa, & liu-
ris quiddam adhuc retinet. Ideo & calor dealbans non debet esse nimius: alias effugit. *Libauius*,

pag. 117.

Quæritur, an *caput corui* fuerit ex corpore resoluto, an a Mercurio combusto? Pessime enim sentiunt, qui pro impuritate habent. Idem in Clavic. Lull. pag. 281.

Non credas in se *denigrari*; illa aquam quæ *candida* manet, sed apparet *nigra* ob innatantem spiritum, seu sulphur *nigrum*, quo separato redit *candor nativus*, qui postea est causa cum igne ut illa quoque terra dealbetur. Idem, de Azot, pag. 89.

Aqua cum dealbatur (quæ Ethelia dicitur) albificat & tingit. Turba Phil. Sent. 56.

Quid est illud quod parit *nigredinem*? Certe humiditas aquosa & adustiua, est fumus aquosus, de quo dicitur, quod humiditas

O iij

aquosa & adustina corruptit opus, & tingit in *nigredinem*, quæ dicitur a Sapientibus huius artis *Saturnus*, vel *plumbum*, vel *aes*, propter suam nigredinem & immunditiam: a qua nigredine & immunditia debet fieri mundatio. Alia Turba Phil. vetustissimi Manusc. pag. 65. 66.

Quando frigiditas & humida-
tas incipiunt alterari, corpus effi-
citur *nigrum* ut *carbo*. Eadem,
pag. 70.

Rosinus. Denigate terram, & ab ea se-
parate eius animam & aquam,
postea dealbate, & inuenietis
quod quæratis. Rosinus ad Eu-
tichiam.

Secundum opus sic sit: (enu-
merato primo opere quod est
amalgama) Aquam hanc pone
in vase fictili super ignem len-

tum, donec videoas insuper *nigredinem* apparere: quam remo-
ue subtiliter quotiescumque ap-
parebit: tunc habebis aquam &
terram. Huic terræ seu *nigredini*
inclusæ in vase vitro superfunde
de aqua benedicta, donec aqua
fiat *alba* & *clara*. Idem, ad Sarra-
tantam, pag. 282.

Quot *colores*, tot nomina. In Rog. Ba-
prima Lapidis nostri operatio-
ne est putrefactio appellata, &
fit lapis noster *niger*. Ideo cum
inueneris ipsa *nigrum*, scias
quod in *nigredine* illa *albedo* oc-
cultæ est, & tunc oportet illam
extrahere a subtilissima illa *nigre-
dine*. Bacho, cap. 6.

Colorum primus *niger*, qui ut Marg.
primo, ita difficilius ceteris ap-
paret, ostenditque concubuisse
cœlum cum forma & concepisse:

O iiiij

& proculdubio optatum perfe-
ctum & venenum informans
perfectum aequis elementis vn-
dique compositum oriturum.
Candidus alter, quo forma ad
perfectum, & inde ad venenum
perfectum sensim progreditur.
Tertius *crocens*, per quem apparet
iam in vnum cuncta constitui
cœpisse: quod semen in omne
cœlum per minima quæque dif-
fusum est. Quartus *ruber*, qui
perfectum vel venenum perfe-
ctum iam orta manifeste de-
monstrat. Ex Lacinio super Mar-
garita nouella.

Phœnix.

Cum in opere *nigredo* apparet,
scito te rectam viam operandi
inuenisse. Ideo tunc debes læta-
ri, quoniam donum maximum a
Deo tibi est concessum. *Phœnix*,
pag. 75.

*Modus fermentandi Lapidem
physicum.*

CAP. XII.

SUME quatuor partes fermenti, Isaacus.
Ducas partes tui *spiritus* præparati, contere simul subtiliter, ita
ut penicillo eis pingi queat. siccata, & fixata sume, pro
quatuor partibus materiæ, unam
partem *spiritus*, quæ efficiunt si-
mul quinque partes. Misce sicca-
que ut rantea, siccata sume intefus
quintam partem spirituum, ut
prius, pro quatuor partibus mate-
riæ. Inde ut prius suo vitro, hoc-
que tam diu facito, donec mate-
ria liquefacat instar ceras. Isaacus,
lib. I. cap. 9d. illud quoque videtur.

*Fermentum cum spiritu & cor-
pore , aut terra interire debet,
alioquin operam ludis : ac in
ascendendo fit subtile magnaq.
virtutis , & suo corpori vnitur.
Quare Sapientes fermentum Ani-
mam appellauere , cum dicunt:
*Spiritus attrahit animam in superio-
ra, ac iterum descendit in inferiora.*
Idem ibid. cap.35.*

Tum vero octo partes fermenti
accipe; id est, si habes fermenti vni-
cias octo, vnciam unam tui spiritus
sublimati pondera, atque etiam
exiguo vitro inde, ac aquam de-
stillatam superfunde, atque etiam
aquam destillatam fermento su-
perfunde. Idem ibidem , cap.
64.

Doceo te , ut fermenti partes
octo atque unam spiritus sumas:
quia saepe opus fixabis , & saepe

· calcinabis & congelabis, opusq.
adeo subtile euadet quam fieri
potest in fundo, ut post ad altio-
rem projectionem perueniat.

Ibid. cap. 59.

Fermentum sit post originem *Lullii*,
infantis. *Fermentum* autem nihil
aliud est quam *cibus cibalis*, con-
vertibilis in essentiam infantis,
ut totum efficiatur opus vnius
naturæ. Hæc *fermentatio cibalis*
debet esse de sua propria natura &
sibi assimilari. quoniam nisi assi-
milaretur ei, numquam in eorum
naturam incorporaretur, vel
conuerteretur in naturam sul-
phuris. *Lullius* in *Codicillo*,
pag. 70.

Fermentatio, est animæ cum *Ripens*,
corpore incorporatio, restaurans
ciodorem naturalem, gustum &
colorem, per naturalem inspi-

sationem rerum separatarum.
Ripleus, pag. 85.

Vogelius. Non erit fermentum de hoc vel illo, sed de Sole & Luna tantum. Nihil enim petimus, nisi quod Lapis conuertatur in suum simile: quia de ipsis est totum temperamentum: nec fermentum est antequam dicta corpora in suam materiam primam conuertantur. Vogelius, cap. i. pag. 10.

Desiderabile. In fermentatione fac ut summa volatilis non superet summam fixi; corporis alias ligamen sponfale in fugam vertetur. Sed si parum sulphuris proiiciatur supra multum corporis, ita quod super ipsum habeat potentiam, conuertit cito in puluerem, cuius color eius sicut corporis, vaciam una pulueris vncias quatuor corporis. Desiderabile, pag. 26.

Scias quod non est fermentum, Arnald.
nisi Sol & Luna, hoc est aurum &
argentum. Arnaldus in Flore flo-
rum.

Fermentatio est ipsius Lapidis *Clanger.*
animatio. Clanger, pag. 46.

Fermentum album sic fit: Ciba
vnam partem Lunæ purissimæ
minutim limatæ, vel subtiliter
foliatæ cum duplo sui Mercurij
bene mundissime albi, terendo
simul fortiter in mortario lapi-
deo, donec *Mercurius* ebibat ipsa
limaturam, & fiat quasi *butyrum*,
ita quod nihil inueniatur de ipsa
limatura. Deinde ablue oxalme,
deinde aqua, & postea exsicca
igne: superadde sulphuriq; albi
partem vnam, terendo totum,
donec redeat totum quasi cor-
pus vnum. Deinde incera ipsum
cum una parte aquæ, & mitte ad

sublimandum. Sic eodem modo fit fermentum rubeum cum Sole purissimo. Idem, pag. 50.

Si non misces fermentum cum elixir, non coloratur corpus sicut debet: quoniam sine fermento non exibit neque Sol neque Luna, sed aliud quod non permanet in tinctura naturæ metallicæ, nisi ipsum præparaueris, scilicet corpus imperfectum. Idem, pag. 51. 58.

Rosarium. Corpus imperfectum coloratione firma coloratur fermento mediante, quod fermentum est anima corporis imperfecti, & spiritus mediante anima cum corpore iungitur & ligatur, & cum ea simul in colore fermenti conuertitur, & sit unum cum eis. Rosarium, pag. 191. 221.

Fili, extrahe a radio suam vma-

bram. Accipe ergo quartam partem sui, hoc est, unam partem de fermento, & tres partes de corpore imperfecto: dissolue fermentum in æquale sui aquæ Mercury. Coque insimul lençissimo igne, & coagula illud fermentum, ut fiat corpus imperfectum, & orificio varis clauso, eodem modo & ordine, ut dictum est, sit per omnia præparatum. Idem, pag. 218.

Si solom facere volumus, Solem Dastinus apponimus, & si Lunam, Lunam pro fermento. Si fermentum non ponas, non coloratur: & si non præparas corpus, non sustinebit ignem: & si parum fermenti apposueris, parum tinturæ habebis. Dastinus, pag. 30.

Accipe quatuor partes fermenti, fermentum autem aliud est quam Mercurius coctus. coquitur autem

Dastinus
vobis

224 *Davidis Lagnei*
potatione & cibatione : quia sic-
cum bibit humidum) & unam
Mercurij loti , & amalgama sic:
Calefac fermentum per se, & cale-
fac in alio vase *Mercurium* : & cu
Mercurius incipit bullire, & fer-
mentum igniri ; proiice *Mercur-*
rium super fermentum , & post
moue cum baculo , vt sic nihil
amplius appareat Mercurij. Quo
facto calefac tantum de *Mercur-*
rio , sicut prius fecisti : sed non
amplius calefacies fermentum sit
quod igniatur (quia *Mercurius*
recederet) sed sufficit quod sit
calidus : & dum *Mercurius* inci-
pit bullire, proiice super fermen-
to , mouendo vt prius , & statim
imbibetur , & materia erit siccata
Et iterum calefac de *Mercurio*,
& fac vt prius , sic quod sit tan-
tum de *Mercurio* sicut de fer-
mento:

metio; & tunc pone potum in
vase, sicut sit a principio, ad len-
tum ignem, & hoc per duos dies,
& per aliis duos dies, ignem au-
gendo modicum: Et sic fac de
duobus in duobus diebus, usque
ad dies duodecim. & sic tota
materia erit fermentum. Si ma-
gia vix augere, fac ut prius in
infinito. Dominius vobiscum,

Pag. 226. ouï d'apres le ms.
de l'opere duplacer sumitum: Mer-
curio pulvere nigre, dum reducit non
ad hinc Mercurium: vel pro Solo
vel Luna. Et dicimus fermentum,
quaestuferuere, quia fermento, ebulli-
tia & crescere facit pastam, &
habet substantiam unam per so-
rum similorum, & habet virtutem
victicem & dominantem occul-
tam & conuersuam pastæ in
suauitudinem. Rectificando

P

226 Davidis Lageti
enim reddit eam ad statum di-
gnorem & meliorem. Margar.
nou. pag. 10. 14.

Cum animam candidam & latam
artifex visu perspenderet, suosq;
pori codicem momento conser-
gat. non enim potest anima si-
ne suo corpore vivere. Talis
autem virio sit mediante spiritus,
quia anima non potest vivere
bere in corpore suo, nec persiq;
uerantiam nisi per spiritum: Be-
talis virio & conseratio est spiritus
operis. Oportet quod conser-
gatur anima cum suo primo cor-
pore de quo fuit, & non cum
alio. Quod nisi feceris, deficies
a proposito, sicut plures igno-
rantium, eo quod ignorantibus
secretum. Sicut materia non ha-
bet esse sine forma, sed totum es-
se suum & dependentia est a for-

ma : ita anima mediante spiritu non potest esse in ipso Lapide nisi per corpus : quia eorum esse & perfectio dependit a corpore. Similiter ergo pater, quod corpus sit forma : quia illud quod disponit rem ultima dispositione, & ipsam complet, est forma specifica eius. Sed corpus est huiusmodi. Ergo. Similiter cum omne compositum sit ex materia & forma, & ipsem spiritus sit materia: Ergo corpus erit forma. *Fermentum confectionem dealbat, combustionem inhibet, tincturam continet ne fugiant corpora, lenificat, & se inuicem ingredi facit & coniungi, quod est finis operum.* *Fermentum auri, aurum est : sicut fermentum pastæ, pasta est.* Ibidem, & pag. 112.

Bij

Cum Lapis liquefactus est per decoctionem, debet tunc coagulari. Coagulatio autem hæc sit cum fermento, sive corpore suo, quod idem est. Et hæc proprius est Alchemia instrumentaliter. Eadem, pag. 116.

In hac coniunctione resurrectionis fit totum corpus spirituale ut ipsa anima, & sunt sic unum sicut aqua mixta aquæ, & non separantur de cætero in æternum: cum in eis nulla sit diversitas, immo unitas & identitas omnium trium, scilicet spiritus, animæ & corporis, absque separatione in æternum. Eadem, pag. 120.

Semita.

Accipe de fermento quocumque quartam sui partem; puta, si libra fuerit corporis imperfecti, scilicet pretij, accipe ex fermento, id est Sole vel Luna, libras tres: &c.

illud fermentum sit solutum, & terra factum, sicut corpus imperfectum, & eodem modo & ordine preparatum insimul coniunge & imbibe cum aqua benedicta praedicta, & coque per tres dies aut plures. Tunc iterum aqua sua imbibe, & coque ut prius: & hoc toties reitera, quo usque haec duo corpora vnum remaneant, id est, in vnum reducatur. Quod perpendes, quando color non variatur in eis. Deinde desuper funde aquam paulatim, bibatque quantum bibere possit, semper dando ei novam aquam. Semita, pag. 72.

Si libra una fuerit corporis imperfecti, ex fermento sit quarta libra. Fermentum vero est Sol & Luna, & non sunt alia fermenta. Et fermentum sic solutum &

Rosinus.

P iii

terra factum sicut corpus imperfatum eodem modo & ordine preparatum simul coniunge & imbibe, &c. *Rosinus*, pag. 283.

Rachaib.

Puluis absoluus absolutione prima dicitur fermentum primum elementatum. Da ergo ei secundum fermentum fermentatum ab omni elemento elemētato æqualiter, quod est aurum: da ei quartam partem: quod tamen prius calcinatum sit & in aquam solutum. hoc est enim aqua elementata æqualiter ab omnibus elementis. Da ei secundum fermentum. Cum secundum dico, assero secundum retinaculosa, & in eo est tinctura sulphurea, & dicitur oleum retinaculorum. Da ei aquam safferanicam: da ei aquam siccam & calidam, subtili cum imbibitione, scilicet

*guttam ad. guttam. Et si dages
eis minus de eis bibimontis,
confundere. Rachaidib. pag.*

399.

*Spiritus sunt fugaces, quo us- Cabid.
que corpora cum eis commiscen-
tur & conantur pugnare cum
igne & eius flamma: & parum
tamen diluvium illæ partes,
nisi cum operatione bona, &
continuo & longo labore: quia
naturæ animæ est tendens sur-
sistere, ubi eorum animæ est.
Eadque est illæ ex probatori-
bus, qui valcat duo vel diuer-
sa coniungere, quorū centra
sunt diversa, nisi post conuer-
sionem naturæ carumdem, &
mutationem substantiaz & rei
a sua natura? quod est graue
spissare. Ergo qui potuit con-
versari animam in corpus, &*

P iiiij

corpus in animam; & commisce-
re eum eo spiritus subtilis; vnges
omne corpus. **Calid.** cap. 6. no. 6.

**Methodus multiplicandi Lapidem
physicum;**

Artem p. 10. volumen 2. vol. 32. cap.
20. 169. sic **CALIDUS XYLUS** aperte-
do, hoc est multiplicatio suu*m* illi
Isaach. **P**ULCRAS ecclesiæ subedaneæ
conspeta, si nas sponte frige-
fieri, ac exime, atque admodum
circumspete ferua, atque **hanc**
drachmā **unum** surgo, ac puma vi-
ginti drachmas **anxi** pari terque-
terue omentati, iasu poni ut.
Tum sume illas **vixim** drachmas
auri, ac pone liquandas in cru-
cibulo: liquefactis utranchiam
ille pulueris tui Expidis superile:
vac puluis ille continuo se permi-

scabit cum auto illo , ac vnuma
corpus fiet. Sine refrigescere,
ac exime : tum optimum cruci-
bulum terreum habe , qui bene
ignem ferre possit : ac tum habe
crucibulum vitreum qui terreo
quadret , qui ex vitro ita sit com-
fectus , ut ignem & flāmam ferre
possit ; ita vt hec liquefiat , nec
ramatur in igne. Tum crucibu-
lum vitreū crucibulo terreo im-
pone , ac tum sp̄ciem furni ha-
be venti , ac ei vtrumque impone
crucibulum , ac ei crucibulo au-
tum inde , in quo drachmam illā
proiecisti pulueris Lapidis tui. Ac
liquefacto , retine tres dies ac no-
tes continue , vt omne in vna
stet liquefactione. Sine refrige-
scere ac exime. Tum lumen argen-
ti puri milles partes , ac in crucibulo
liquefacto , ita vt fluant. Tum

huius materiae cape unam par-
gen, quæ per tres dies in fu-
venti stetit; ac præmice super illud
argentum quod fuit, ac una cum
to fluere sine: trium aut quatuor
orationum Dominicanum spa-
tio; tum sine refrigerio, ac au-
rum purum superans omnes pro-
bas habens. Forte frangibile est.
Itaque istas malleo partes argenti iden-
tico liquefacit, ac plus argenti addit,
tantum ut mallabilem am. molle-
sit. Forte una illa pars facile his
aut ter malleo partes argenti et aurum
plurimum considerat. Cumque mol-
le est, una pars illa opus suum
peregit. Id experientia te faci-
de docebit. Isaäcus, lib. i. cap.
132. 134.

Scotii.

Multiplicatio alia est virtu-
tis, quæ sic per alteracionem dis-
solvendo & congelando talia est

Harmonia Chémica. 235
quantitatina, quæ sit per appositionem nouæ materiæ. Scotus,
pag. 63.

Multiplicatio quantitatina nihil incrementum.
aliud est quam augmentatio ab uno pondere ad infinitum, ita ut
opus nunquam incipiatur denuo,
& tamen sine diminutione viri suarum. Accipe ergo Mercurij
prescriptis uncias duas: bulliant in
crucibulo, tunc superiice medici-
na rubra uncias quatuor, bulliane
& stent in igne donec Mercurius
fuerit congelatus, & in puluerem
redactus, quod mox fit. Hic pul-
vis ponatur in metretio clauso
hermetice & superfignem moder-
atum per quatuor dies, auge ad
dies usque octo: deinde pone
materiam intra dyos crucibulos
similares, & da ignem for-
tem per spatium viginti quatuor

horarum, deinde cooperi carbonibus, & refrigeratis, reitera si volueris, & habebis mirum. Pro Luna, accipe Mercurij & medicina alba partes aequales, fac ut superiorius. Incertus.

Richard. Omnia rerum emendatio, illius rei naturae ostangmentatio cuius est. Ideo in multis Philosophorū dictis per artem emendatur natura, ultra suum motum quem habuit in prima forma. Richard. cap. i. p. 534.

Nouum lumen Chym. Sal centrale sine auro multiplicare impossibile est. Semen autem metallorum filij tantum doctrinæ nouerunt. Nouum lumen Chym. pag. 41.

Qui plura de Multiplicatione scire desiderat, inuisit, Clangorem Buccinae, paragrapho de Multiplicatione.

Probatio operis physici perfecti.

CAP. XIV.

Accipe æs mundum, radas *Isaiae*.
Atque belle polias, ei paulum
tue materiæ impone, igniq.
fue carbonibus immitte. Si ma-
teria liquefcit, ac scipſam diffun-
dit super lamineſcendi, locuſque,
vbi materia iacet, albus est, medi-
cina tua ſecundi ordinis perfecta
